AD DISCERNENDAS VERAS A FAL- SIS VISIONIBVS ET REVELATIONIBVS.

ΒΑΣΑΝΙΤΗΣ,

HOC EST

LAPIS LYDIVS,

THEORICAM ET PRAXIM COM-

plectens, ad directionem Confeſſariorum, & Qualificatorum S. Inquiſitionis.

AVTHORE

F. DOMINICO GRAVINA

Ord. Præd. M. Theol. Cur. Archiepiſc.

S. Officij Conſultore, in Vniuerſ. Reg. Neap. primario Sac. Doctr. Profeſſore.

PARS PRIMA.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

NEAPOLI, Typis Scipionis Bonini in Aedibus Regal. S. Dominici.

ANNO M.DC.XXXVIII.

Cornelio Francescucci

8-27-C.7

Cornelio Francescucci

Digitized by Google

EMINENTIS.[mi] *ET REVER. D.*

D. ANTONIO BARBERINO,

S. R. E. Cardinali, S.[mi] *D. N. VRBANI VIII. Nepoti, Ord. Prædic. Protectori.*

SVB paludamento Celſitudinis T. (Eminentiſſime Princeps) de eccleſiaſtico Magiſterio aduerſus hæreſes, jam pridem diſputatio lucem aſpexit; nunc contra ſuperſtitioſos, & pſeudoprophetas rurſus calamum arripio; humili obſequio,incuruis ceruicibus accurrens, nõ tàm ad clientelam, quàm patrocinium. Vtrumq; Orthodoxo ſcriptori neceſſarium,ne zizania hęreſeos,vel quæuis ſuperſtitio tritici ſpeciem pręſeferendo,pro frumento venditentur. Hæc Zabuli conditio transfigurare ſe in Angelum lucis, vt etiam *ijs qui parem Angelis vitam degunt* (ait Cyrill. Catech. 4.) *cæcitatis caliginem,& incredulitatis peſtilentem contagionem* importet.

In hunc ſcopũ ſemper collimauit Orthodoxia, ne tritico ſanæ doctrinæ lolium admiſceretur, ſed de incrementis triticeæ inſtitutionis, & puriſſimi dogmatis, quod Apoſtolorum labore ſatum eſt,& diligentia Apoſtolicorum excultum, pura meſſis extirpatis ſentibus demeteretur,nec roſea plantaria in carduos verterentur,aut in cinnamomi & balſami ſurculis naſcerentur,ſed ſuã integritatem,& proprietatem in ſpirituali iſto paradiſo retinerent. Nec tantum contra Idololatriam & hæreſes, ſed etiam contra auguria,diuinationes, diabolicos cultus,& quaſcumq; malas artes (quibus merito cum eius pompis, ſicut & caliginoſo illi tenebrarum principi in baptiſmate abrenunciauimus) decertandum fuit, ſed ſeductis prouidendum erat,quos ſicut Euam antiquus ſerpens per ſeductores,venditãdo oracula,ſub ſpecie lucis decipere anhelat, vt paulatim noxios inducat errores.

Non fuit difficile huic meo operi patronum deſignare,illicò enim in E. T. tamquam Cynoſuram,oculos direxi, cujus luce & fauore ſuum valorem, & exiſtimationem ſortiretur. Id dignitas T. Cardinalitia poſtulabat, & inſtituti Dominicani, Protectoris titulus, & municipali

quodam

Digitized by Google

quodam jure debebatur, vt me & opellā meam ad pedes tuos deponerem: ſiuè enim Cereri ſpicas, fundoſas vites Libero; populeas coronas Herculi, tamquam bonorum horū authoribus, falſa perſuaſione decepta, cæca ſacrabat Gentilitas; multò æquius melioris culturæ Deum, & eius loco ſuffectos miniſtros agnoſcunt Orthodoxi, gratæ voluntatis ſymbola, ijs, per quos proficiunt, exhibentes. Primus verò & præcipuus Dominicæ ſegetis cultor dogmatum & Religioſi cultus S. D. N. patruus tuus VRBANVS occurrit VIII. qui ſi in ordine primus non ſit, nulli ſecundus eſt, & inter Vrbanos vrbaniſſimus; cujus egregiæ animi dotes Apes ſunt, quæ melleum elaborant orbem. Id apertè teſtantur imperata inferioribus Paſtoribus in ſuis gregibus reſidentia, in augurandis ad officia hominibus diligens ſolertia, in Eccleſiaſticis rebus tuendis & amplificandis conatus aſſiduus, diſciplina Eccleſiaſtica ſuo candori reſtituta, ardens zelus (ne aculeus deeſſe videretur) ad nouarum opiniuncularum architectos, vanos Aſtrologos, Pſeudoprophetas, et miraculorum, et viſionum fictores eliminandos. Hæc tamquam prototypa in ſequentium ſeculorum memoriam tranſ-

Digitized by Google

miſſa,eodẽ tempore colles mundi dulcedinem diſtillaſſe, et aculeo noxios mellita opera perturbantes meritò profligatos, prædicant, et magno animo nihil eſſe magnum. Et quemadmodmodũ hæc ſanctitatem SVAM,ne dum Vrbi,ſed Orbi ſpectabilem reddunt, ita ejuſdem ſanguinis et virtutum hæredem oſtendunt, cui ad tuarum laudum cumulum totius Orbis gubernacula regenti,et in diuina cultura laboranti,in Congregatione præſertim de propaganda fide, manum et operam indefeſsè ſubminiſtras, vt ne dum aſtra ſolum, ſed et terras nouus Atlas tuis humeris ſuſtentare videaris, 1. Reg. 4. *Domini enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbẽ.* Quæcumq; autem inferiorum cultura recenſeatur, ad ſuam originem cenſum defert, ad mare enim vnde exeunt flumina reuertuntur.

Protectionis verò Ordinis Prædicatorum, Cænobij præſertim S. Mariæ ſuper Mineruam, de hoc à me exhibendo officio, titulus vrgebat. Olim in eò loco ſuã arcem fixerat fabuloſa Dea, verùm Increatæ Sapientiæ Mater Maria ſuper Mineruam ſuas conſtruxit ædes, et ad fidei, et Theologicæ ſapientiæ,S. Thoma Magiſtro,Prædicatores Fratres tamquam vigiles canes aduer-

ſus

ſus refractarios oblatrantes collocauit, feliciori calculo ſorte commutata, nam ſi tunc canibus templum Mineruæ ingredi inhibebatur, nunc myſticorum canum ex hoc templo in perduelles, pro Deo, Deipara, Theologica ſapientia voces inceſſanter in modeſtam audaciam exardeſcunt; & te Ductore & Protectore, ex eodem S. Thomæ collegio, tamquam ex equo Trojano in dies auxiliarijs tuis copijs famigeratiſſimi viri prodeunt: & nuper nouiter extructa ædificia à tua munificentia ad eos alendos, qui penetralia arcis hujus cuſtodientes, non ad peplum Mineruæ reuelandum, ſed diuina myſteria & ſolidioris Theologiæ arcana enucleanda eligerentur. Quondam M. Antonij Triumuiri leuitas eò proceſſerat, vt Liberi patris nomine voluerit ab Athenienſibus ſalutari. Non abnuerunt; & ſe quoq; illi Mineruam deſponſare, ſuper indebitos honores, addiderunt. admiſit titulum, & dotis intuitu centum millia aureorum perſoluere voluit (Dion. lib. 48.) Chriſtiana verò ANTONII Cardinalis, ab omni ambitione & faſtu libera munificentia, præter nouuum ſacrarium deſponſatæ Chriſto D. Senenſi Catharinæ, dote bona quoq; mirificè Cænobium auget & amplificat,

Digitized by Google

ficat, ſatis conclamante in ſuis inſignibus cæleſti Ape, non ſibi, ſed alijs mellificare, qui Tua proinde beneficia tamquam æternæ memoriæ monumenta ferunt in ore, ferunt in manibus. In eorundem teſtimonium ad melle liquentem acclinis declino apem, qui patrare grandia magis nouit, quàm mediocria, cujus nomini opellam hanc dico & conſecro, quam obnixè obteſtor ſuſcipere non dedignetur, melius cultam, quàm teſſellatam, & felicius affectu, obſequio, beneficiorum numerum inſinuantem, quàm verborũ leporé & apparatu expreſſam. Viuè & vale Eminentiſſime Princeps. Neapoli, è Cænobio S. Dominici Non. Maij. M.DC.XXXVIII.

Eminentiſsimæ & R.^mæ D. V.

Humillimus ſeruus & Orator

F. Dominicus Grauina.

Digitized by Google

Approbatio, & licentia Ordinis.

NOs Fr. Nicolaus Rodulſius totius Ordinis Prædicatorum Magiſter Generalis, facultatē cōcedimus A. R. P. F. Dominico Grauina S. Theologiæ Magiſtro, Opus, cuius titulus eſt: Ad diſcernēdas veras à falſis reuelationibus, Lapis Lydius, Theoricam & Praxim cōplectens, imprimendi, cum iam à duobus PP. Magiſtris noſtri Ordinis fuerit iam reuiſum ac approbatum, ſeruatis tamen quæ ex decreto Sac. Concil. Triden. pro lib. impreſſione ſtatuuntur. In quorum fidem his noſtro ſigillo munitis, manu propria ſubſcripſimus. Romæ in Conu. S. Mariæ ſuper Mineruam, die 22. Decembris. 1637.

Fr. Nicolaus Magiſter Ordinis.

Locus Sigilli.

Regiſt. f. 252. F. Ignatius Ciantes Mag. Prou. Angliæ, & ſocius.

EX commiſſione R.P.F. Nicolai Rodulfij Magiſtri Generalis Ordinis Prædicatorum, perlegi Opus cuius titulus eſt, de diſcernendis veris à falſis reuelationibus, compoſitum ab Adm. R.P.M.S. Theol. Fr. Dominico Grauina Ord. Prædicatorum; & ſicut hiſce præſertim temporibus S. Eccleſiæ perutile iudicaui, ſic quantum in me eſt, libentiſſime approbaui.

F. Dominicus Paulacius S.T.M. & Prior SS. Petri & Sebaſtiani Neapoli Ord. Præd.

SCripſit R.A.P. ac ſapientiſſimus M.F. Dominicus Grauina præſentes duos libros de diſcernendis veris à falſis reuelationibus, quos Reuerendiſs. P.M. Fr. Nicolaus Rodulphius totius Ordinis Prędicatorum mihi perlegēdos tradidit, eos reperi (neq; inſolēs authori) eruditione & doctrina conſona fidei, bonisque moribus referta. Ob quæ præclara ornamenta, nunquam dignos prælo non cenſerem; his tamen temporibus digniſſimos iudicaui: cum in dignoſcendis tot ementitis reuelationibus, quiſque ſapientiſſimus cenſor deſudet, vix lubricum anguem manu compreſſa retinere valens. Romæ die 5. Decemb. 1637.

Fr. Franciſcus de Aragon Prou. T.S.

Approbatio Curiæ Archiep. Neap.

Digniſſimum opus, publicis typis, æternitati commendandum. Neap. 3. Nouemb. 1637.

D. Io. Dominicus Auliſius Doct. Theol. Can. dep.

Don Thomas de Aquino Cler. Reg. dep.

Imprimatur.

F. Tamburell. Vic. Gen. Neap. nunc Eps Soranus.

(*)(*) FR.BO-

Digitized by Google

FR. BONIFACIVS
Beaminus Ord. Præd.
Operis lector, Authoris cultor
Encomium vtriq; , licet incomptum
libens condit.

DOMINICVS GRAVINA.

DOminici Patris verà ſoboles, Angelici Thomæ verax aſſecla,
Ordinis Prædicatorum prædicandum lumen ,
Orthodoxæ doctrinæ doctifluum flumen,
Babylonicæ turris terribile fulmen ,
Romanæ Sedis ſolidum columen ,
Cælicus magis , quàm celer ſcriptor ,
Pennata non minus mente, quàm manu,
Armato pariter , & ornato ſtylo ,
Grandibus pridẽ, & grauibus tomis
Ex Patrum doctrina Thomæ ductu compactis
Hæreſes, & errores fugauit, & ad atomos profligauit.
Hoc demùm decies voluendo volumine
Cæleſtium , & Infernorum habilis arbiter ,
Luminum , ac tenebrarum diſcretus diſcretor ,
Quæ Numen, quæ Dæmon reuelet, reuelat.
Breue, ſed non leue opus, cuius cuique ſit opus ,
Lydius lapis *eſt, dat Echò nomen, & omen* Apis,
Dũ ſapido ſapiens fauet fauo, mel à cera egregiè ſegregãs,
Ne im⁹, imò sũm⁹ hoſtis aſtu, ac dolis vt haſta, ac telis ludẽs lædat
Ama, eme, perlege, ſi Numen, ac lumen diligis.

Digitized by Google

ARGVMENTVM OPERIS.

Ad Lectorem.

Spiritus ſanctus (ait Ambroſ.) non arcetur ætatibus, non finitur morte, non excluditur aluo: implet citharedum puerum (ſubdit Greg.) & Pſalmiſtam facit, implet puerum abſtinentē, & iudicem ſenum facit. Nulla ad diſcendum mora agitur, in omne quod voluerit, mox vt tetigerit mentem, docet. Et ſicut dicitur Ecc.8. *non eſt in hominis ditione prohibere ſpiritum, & Apoſt. monet; ſpiritum nolite extinguere. Sed quia non deſunt ſerpentis ore fallentes, & corrumpendæ veritatis artifices,* Pſeudoprophetæ, Hæretici, *& alij impoſtores, contra hos (ait* S.Cyp.) *clamat* Dominus *Ierem.* 23. *Ab his refrænat & reuocat errantē plebem ſuam dicens: nolite audire ſermones Pſeudoprophetarum, quoniam viſiones cordis eorum fruſtantur eos. Loquuntur ſed non ab ore Domini. Permittit hæc (ait idem) fieri, vt dum corda noſtra ex*

1. in Lut. de turbat. Zachar.

Hom. 30. in Euan.

1. Theſ. 5.

S. Tho. 2.2. q. 189. a. x. ad 4.

lib. de vnit. eccl.

mente noſtra VERITATIS DISCRIMEN EXAMINAT, *probatorum fides integra manifeſta luce clareſcat. Ad idem examen reſpexit, qui dixit [Spiritum nolite extinguere] Lapidem Lydium examinis ſubminiſtrans, & erudit [omnia probate, quod bonum eſt tenete] Hæc probatio in hoc opere, ex dictis Sanctorũ, & Sac. DD. Methodicè in Confeſſariorum, & Qualificatorum S.Officij gratiam & directionem conteſſerata in lucem prodit.*

I.N.R.I.

IN-

INDEX
TITVLORVM
Huius Primæ Partis.

PRoœmium & argumentum operis. fol. 1

LIBER PRIMVS.

De veræ viſionis & reuelationis natura, & exiſtentia.

Cap. I. Quod præter diuinas reuelationes publicam fidem concernentes, factæ ſunt aliæ reuelationes particulares, tam in lege naturæ, quã ſcriptæ, & etiam in lege gratiæ. 13

C. II. Præter has reuelationes recẽſitas in libris canonicis, oportet alias contra Centuriatores recipere. quæ ex antiquitate, PP. teſtimonio, & hiſtoria Eccleſiaſtica effluxerunt. 24

C. III. Quod hæ reuelationes non clauduntur ſub obiecto fidei catholicæ; magnam tamen habent authoritatem, præſertim ſi ab Eccleſia probentur, certitudinem tamen fidei non attingunt. 76

C. IV. Quo lumine humanus intellectus prædictis reuelationibus aſſentiatur. 86

C. V. Quod ſub pœna infidelitatis, atque perfidiæ, is, cui tales reuelationes factæ ſunt, vbi conſtat de atteſtante Deo, illis aſſentiri teneatur. 94

C. VI. Quomodo alij hæretici, præter Magdeburgenſes, ſuas obſtruxerunt reuelationes. 101

C. VII. Quod alij Impoſtores tentarunt fingere eiuſmodi reuelationes. 140

C. VIII. E caſtris Hypocritarum eos impoſtores præcipuè emanare. 152

C. IX. Refutantur illi, qui reuelationum modernarum exiſtentiam negant, noſtriſque temporibus hoc donum cœleſte dicunt ceſſaſſe, vel ad ſummum non dari, vt retroactis temporibus. 164

C. X. Quod ſatis leues ſunt, omnibus reuelationibus fidem adhibentes, & media via incedendum eſt, omnia probando, vt dicit Apoſtolus, & maximè in Iudicibus Eccleſiaſticis, in rationabilem partem inclinando, vel iudiciu m ſuſpendendo. 177

LIBRI SECVNDI.

De viſione, & reuelatione quid ſit, vel quotuplex.

CAp. I. Quid ſit vi ſio, & quotuplex, & primo de viſione in veteri teſtamento. fol. 1

C. 2.

Digitized by Google

C.2. Quomodo Deus apparuerit hominibus corporali ſpecie, & primo de apparitionibus ante legem gratiæ. fol. 6
§. De apparitionibus Verbi incarnati in nouo teſtamento. 11
§. Diſcutitur an ſit vera & realis in propria ſpecie apparitio;cum in Euchariſtia Chriſtus Dominus apparet in forma pueri,vel potius fiat Angelorum miniſterio. 14
C.3. De viſione corporali tàm bonorum,quã malorum Angelorũ. 19
Difficultas an directio exterius tantum fiat à bonis Angelis,vt interius etiam homines poſſideant,ſicut mali arreptitios. 21
Difficultas 2. An cum apparent Angeli,ſiue boni,ſiuè mali,licitum ſit, cum eis familiares miſcere ſermones. 29
Difficultas 3. An cum apparet dęmon in forma boni Angeli, vel Crucifixi,peccet is,cui ſit apparitio,deferens ei venerationem,& honorẽ abſque vlla conditione. 31
Cap.4. De viſione corporali tam animarum exiſtentium in inferno, & earum quæ in Purgatorij pœnis expiantur, earumque differentia, & finibus. 36
Cap.5. De regulis ad diſtinguendum Angelorum bonorum & malorũ apparitiones. 53
§. Ex praxi Sanctorum deprehendi poteſt,quando corporalis viſio,vel locutio Angelica ex malo Angelo oriatur. 57
Cap.6. De viſione imaginaria quid ſit,& de eius ſpeciebus. 59
§. De duplici viſione imaginaria in vigilia,& in ſomno. 61
§. An omnia ſomnia ſint diuina lege prohibita. 69
Cap.7. De viſione intellectuali,& eius ſpeciebus. 75
Cap.8. An cum immittuntur,vel infunduntur diuinitus ſpecies, anima phantaſmatibus indigeat,vt ſe ad illa conuertat. 99
Cap.9. De obiecto viſionis intellectualis, num videri poſſit in hac vita per eſſentiam,& viſione quadam intuitiua. 89
Cap.10. An anima contemplatiui in hac vita intellectuali viſione Deo vniatur,& quomodo. 94
Cap.11. An vtraque vnio tam per intellectum, quàm per affectum in hac vita continua,& minimè interrupta,regulariter contemplatiuis concedatur,vel conceſſa ſit. fol.105. Et examinatur difficultas, diffusè. 106
Cap.12. An ſaltem hæc vnio de facto conceſſa ſit aliquibus priuilegiatis,vt Adam,B.Virgini Dominę N.Et iterum an de poſſibili à Deo communicari poſſit. 121
Cap.13. An animæ perfectorum contemplatiuorum,vel vnitorum ſint exemptæ ab imaginibus,vel etiam à paſſionibus turbantibus intellectum in cognitione, & voluntatem in amore. 128
Cap.14. An contemplatiui vnione contemplationis decorati, poſſint carere peccatis venialibus. 138
Cap.15. An contemplatio eximia poſſit eſſe ſine actu,vt eo tempore

ceſſent

ceſſent operationes tàm ex parte intellectus.quàm voluntatis. 143
Cap.16.An ſaltem totaliter quieſcente, & non operante intellectu, vt quidam volunt, ſola voluntas operetur in via vnitiua. 150
Cap.17.An anima contemplatiua vniti in ipſa contemplationè diſcurrat. 157
Cap.18. An anima cum eſt in conſummatione contemplationis,libere, an neceſſariò operetur,nempè intelligendo, & volendo quod Deus vult. 160
Cap.19. An anima eiuſmodi contemplatiuorum ita vniatur Deo, vt ſint exempti ab omnibus virtutum actibus exercendis,& obedientia mandatorum Dei,& Eccleſiæ. 169
Cap.20. An otium Sanctorum perturbetur ex vacatione vitæ actiuæ, inſiſtẽdo ſaluti proximorum,& ex recitatione orationũ vocaliũ. 182
Cap.21.An cum eximio gradu contemplationis ſit compatibilis fluxus geniturę. 189

De Prophetica reuelatione.

Cap.22.De eius etymologia & definitione. 196
Cap.23.De viſione prophetica,& diuerſis prophetandi gradibus. 201
C.24. De formali conſtitutiuo prophetiæ. 212
Cap.25. De obiecto,vel materia circa quam prophetica cognitio verſatur, 220
Cap.26.De cauſa efficienti prophetiæ. 228

Difficultates incidentales.

1 An Deus ſit cauſa extrinſeca,vt immediatè concurrat ad prophetiam. 234
Difficultas 2.An iſta cauſa efficiens vt operetur,aliquam diſpoſitionem requirat,in eo cui prophetiæ donum infunditur. 235
Difficultas 3.An Deus alicui manifeſtans prophetabiliter ſe ipſum clarè,& euidenter demonſtret ſe eſſe authorem prophetiæ. 237
Cap. 27. De effectibus & finibus ad quos prophetica cognitio ordinatur. 244

De ecſtaſi & raptu.

Cap.28.De etymologia nominis ecſtaſis & raptus. 249
Cap. 29. Examinatur dubitatio, an ecſtaſis, vel raptus ſuſpenſionem faciunt ſenſuum tàm internorum,quàm externorum viribus naturæ. 257
Cap.30. An iſta alienatio abſorbeat facultatem vegetatiuæ, nutrientis,& monentis. 264
Cap.31.An ecſtaſis vel raptus procedere poſſit à Deo,vel Angelo, ſiuè bono,ſiuè malo. 269

LIBER TERTIVS.

CAp.1.De varijs medijs quibus ſit reuelatio. fol. 1
Cap.2.Vbi examinatur prima difficultas, an ſpecies receptæ in intellectu Prophetæ,vitaliter recipiãtur,vt ex illis formetur intellectio: 5

Digitized by Google

Cap.3. Vbi ſecunda difficultas examinatur, an de nouo infundantur ſpecies menti Prophetæ, vel ex antiquis nouæ ſpecies efformentur. 7
Cap.4. Vbi diſcutitur 3. difficultas, an oporteat multiplicare plures ſpecies in intellectu, vt quædam res, quædam ſignificata repræſentēt. 10
Cap.5. Vbi examinatur vltima difficultas, vnde ſumatur diuerſitas in modo reuelationis, an ex ſpecierum & imaginum formis, an ex lumine, vel rebus reuelatis: 14
Cap.6. De duobus alijs modis, nempè viſione, & locutione, quę ad prædictos reducuntur modos, & formalem quaſi cauſam concernunt. 21
Cap.7. De varijs modis, affectibus, & effectibus, quibus anima afficitur ab eiuſmodi reuelationibus. 26
Cap.8. De recto vſu animæ in viſionibus, & apparitionibus eiuſmodi, & primo de ſenſibus exterioribus. 40
Cap.9. De recto vſu animæ in viſionibus imaginarijs. 44
Cap.10. De recto vſu animæ in viſionibus intellectualibus. 51

LIBER QVARTVS.
De cauſa finali reuelationum.

CAp.1. Varij fines ponuntur harum reuelationum. 57
Cap.2. An Eccleſia vtatur reuelationibus in determinandis fidei quæſtionibus. 58
Cap.3. An vtatur jiſdem in canonizandis Sanctis. 68
Cap.4. De finibus particularibus harum reuelationum. 73

LIBER QVINTVS.

CAp.1. De poteſtate Dęmonis in fingendis magicis effectibus. 80
Cap.2. De apparitionibus, & præſtigijs diaboli. 82
Cap.3. Diſcutitur num ſemper illæ veræ ſint, & reales, an tantum apparentes. 89
Cap.4. De Dęmonum oraculis, & pſeudoprophetia. 94
Cap.9. De ecſtaſi, & raptu dęmoniaco. 121
Cap. Vltimum. De pſeudoprophetis, & quomodo cognoſci poſſint. 123

FINIS.

Digitized by Google

AD DISCERNENDAS VERAS A FALSIS VISIONIBVS ET REVELATIONIBVS

Βασανίτης

HOC EST

LAPIS LYDIVS,

Theoricam & Praxim duabus partibus complectens, ad directionem Confeſſariorum & Qualificatorum S. Inquiſitionis.

AVTHORE

A. R. P. M. F. Dominico Grauina

Ordinis Prædicatorum.

Procemium & argumentum operis.

AD veram religionem fundandam, & populos per illam religandos, varia ſigna, quibus colligarentur, Religionis author Deus inſtituit ſacra, ſacrificia, Sacerdotes, Prophetas, Apoſtolos, viroſq; Apoſtolicos, varijs chariſmatibus & donis refertos, vt hæc & omnia his cognata *niſi vni vero Deo deberi noſſent*, ipſi quoq; dæmones, *nunquam hæc ſibi à cultoribus ſuis quos decipiunt expetiſſent*. Verum hæc *cum exhibentur Deo ſecundum inſpirationem eius, atq; do-* 1.

Dæmones ſuperſtitioſè Deo exhibita affectarunt

ſtrinam vera religio eſt,cùm autem dæmonibus ſecundum eorum impiam ſuperbiam, noxia ſuperſtitio. ex Aug. Ep. 49. q. 3.

2. Si catholicæ Eccleſiæ (dicebat Iræn. 2. aduerſus hæreſes c. 57.) formam reſpicias, præter ſacra, ſacrificia, Apoſtolos, Prophetas, Paſtores, atq; Doctores; *non eſt numerum gratiarum dicere, quas per vniuerſum mundum recepit eccleſia: quidam enim* (ait) *habent præſcientiam futurorum, & viſiones, & dictiones propheticas, alij autem laborantes aliqua infirmitate curant, & ſanos reſtituunt, alij dæmones excludunt &c.* Verum (vt quoq; gentilis Seneca obſeruauit lib. de conſt. ſapientis c. 3.) *nihil in rerum natura tàm ſacrum eſt quod ſacrilegium non inueniat*: cum enim dæmonis intentio ſit hominis auerſio, & diuinitatis affectatio, inde hic (vt ſcitè Tertull. de præſcrip. c. 40.) non modo *res ſacramentorum noſtrorum æmulatur*, ſed etiam præſtigijs, ſuperſtitionibus, vt hominem à cogitatu veræ diuinitatis auertat, ludit, & illudit; *repentinos & extraordinarios per vim exceſſus*, hoc eſt ecſtaſes, animæ immitens; *mentis quoq; corruptelas agit furoribus & amentijs fœdis.* Item *æmulatur etiam diuinitatẽ dum furatur diuinationem*, hæc omnia diabolus variè æmulatus veritatem ea aſtutia, *vt numina lapides crederentur, & Deus verus non crederetur.* Hoc modo *malitia ſpiritalis à primordio auſpicata eſt in hominis exitium.* Idem in Apolog. c. 22. Vſq; ad noſtra tempora excurrit, nam & innumeri Magi, & Sagæ immundorum ſacrificiorum nidorem & ſanguinẽ ſpirant, paſſim Enthuſiaſtæ, pſeudoprophetæ, fallaces (vt dicam) Viſionarij, falſa oracula & viſa enũciant,

varia chariſmata eccleſia

Dæmonis aſtus & æmulatio

Digitized by Google

dant, & facta eſt diuinatio gloriæ aucupium, & argenti marſupium. Sed non mirum, nam (ex Chryſoſtomo de laud. Pauli hom. 4.) propterea pſeudoprophetas tempore prophetarum, *& pſeudoapoſtolos cum Apoſtolis apparere permiſit, vt diſceres quia ſplendentes eius vbiq; virtutes nequaquam obſcurare poſſet ſimilitudo & vmbra quædam virtutum*; & (ex eodem ibidem) *abundantius vera monſtraret*, & manifeſtè appareret hos falſos cultores, & mendaciũ colentes non tam negligere, quam expugnare verum Deum committendo ſuperſtitionem, in crimen irreligioſitatis incurrentes, vide eundem in Acta. hom. 4. *Cur Deus permittat pſeudoprophetas.*

3. Sed (ò miſerandam noſtri temporis conditionem) ne dum diabolus ſuos illuſos & illuſores habet, & fictas reuelationes, & ecſtaſes inſtillat & promouet, ſed veras eliminare curat, & ſatagit, vnde per Magdeburgicos, alioſq; Nouatores omnes particulares reuelationes poſt ſcriptum canonem adoritur tanquam ſomnia, & aniles fabulas habendo: & ad ſtabiliendas hæreſes per alios emiſſarios à fide extorres introducentes ſectas perditionis, figmenta apochrypharum, & cæleſtium viſionum obtrudit, & per alios impoſtores, & ſi à fide non deuient, conſimilia diſſeminat; inde ſciſſo in contraria, vulgo multi vel omnes repudiant viſiones, vel omnes alij admittunt, illi vitio incredulitatis vulnerati, iſti nimiæ crudelitatis deluſi, volentes omni ſpiritui credere, ducti cœco amore ſui, ſimulatione, philautia, & ſimilibus affectibus illaqueati. Et videtur *tempus noſtrum* vt dicebat Epiphanius lib. 3. tom. 2. hæreſ. 76. *inſtar mali ſerpentis*. *Nouatores particulares reuelationes eliminant.*

Digitized by Google

variæ dæmonis inſidiæ

tis, ac beſtiæ venenum eiaculantis, quæ in tenebris latibulum habet, & morſibus omnes tentat, alium circa faciem, alium circa calcaneum, alium circa manum, vt in nemine lateat morſus incredulitatis, ſed qui ſibi videtur in hac parte effugiſſe in aliam, venenum ſe habere comperiat; & qui in alia ſanam fidem habet alio modo læſionem ſibi propinet. Siuè enim negentur revelationes ejuſmodi in vniuerſum, ſiuè ęqualem omnibus fidem accomodent ij, qui citò credunt, ſiuè jam receptæ in quęſt. vocentur, ſiuè de nouo adinuentæ in pari gradu tribuant eis authoritatem; ſemper in hoc congreſſu per tales quæſtiones infirmos deijciunt, fortes fatigant, medios cum ſcrupulo dimittunt. Lumine ergo opus eſt, ad diſcernendam deliteſcentem beſtiam, &, vt ſcripſit Naz. (orat. in S. Baptiſma) cum duplex lumen ſit, verum, & ementitum, *vt vero lumine illuſtremur, lumenq; verum à falſo, & ementito lumine diſcernere poſſimus, & nequaquam in malum* tanquam in bonũ *per errorem incidamus,* diligenter attendendum eſt, nam & *nox eſt, & lux eſſe videtur* (ex Nicet. & eodem Nazianz.) transfigurat ſe enim in Angelum lucis, & qui eum *caliginem* eſſe non animaduertũt, *verum meridiem exiſtimant & fulgentiſſimam lucem.* Propterea breui periodo nos docuit Apoſtolus dicens 1. Theſſ. 2. *Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite ſpernere: omnia probate, quod bonum eſt tenete,* hoc eſt, (exponente S. Chryſoſtomo hom. 11.) *probate, quæ ſint veræ prophetiæ,* & ſequitur Apoſtolus *ab omni ſpecie mala abſtinete vos,* .i. ex eodem Sancto, *non ab illa, aut iſta, ſed ab omni. Omnia probate tùm falſa tum vera, vt cum certa probatione diſcernatis,*

Diuino lumine opus eſt ad cognoſcendas veras reuelationes.

D. Pauli documentum ad reuelationes recipiendas.

Digitized by Google

ſcernatis, & ab illis *abſtineatis*. Id præſtamus in hoc opere tanquam lapide Lydio, quæ falſa ſit viſio & reuelatio examinantes; Sed ne diſputatio ordine vel methodo careat, eam in duas partes ſecamus, in 1. Theorica, in 2. Praxis tractabitur pro Confeſſariorum, & Qualificatorum S. Officij directione, vt puritas diuinorum chariſmatum, ab impuritate figmentorum ſecernatur, quorum infelix noſtrum ſeculum adeò ferax eſt, vt cum Africa ſemper aliquid noui afferre videatur. *operis diuiſio.*

PARS PRIMA.

Continens Theoricam diſcretionis veræ reuelationis vel viſionis ab ementita, & falſa.

COmmune proloquium Philoſophorum eſt: *Nulla poteſt potentia cognoſcitiua differentiam aliquam inter obiecta ſuæ ſphæræ aſſignare, niſi illa cognoſcat.* Non poteſt quoq; ſenſus guſtus ſapores diſcernere ſi illorum non habeat ſpecies, nec imaginatiua inferiorum ſenſuum objecta diſtinguere, niſi ex illis ꝓprias ſpecies hauſerit: idipſum nobiliori modo intellectus in omnibus à ſua facultate cognoſcibilibus præſtat. Ergo, vt ſciamus, quæ vera, quæ falſa ſit viſio, ſeu reuelatio, vtrãq; callere debemus, prius tractando de vera, deinde de falſa reuelatione. Ordo diſciplinæ id poſtulat (dicente Tertull. 4. contra Marcionem c.4.) *In quantum enim falſum eſt corruptio veri, intantum præcedat neceſſe eſt veritas falſum, & prior res paſſione, & materia æmulatione:* *Potentia ponens differẽtiam inter obiecta, illa debet cognoſcere*

Vniuſ-

Digitized by Google

Quatuor quæſita de reuelat. firmantur.

Vniuſcujuſq; verò rei naturam & quidditatē venandam docuerūt Peripatetici famoſis illis quæſtionibus, inquirendo. An res ſit, Quid ſit, Qualis ſit, Propter qd ſit c. 1. 2. Poſteriorū cum S. Thom. lect. 1. & 7. Metaphyſ. lect. vltima. Per eaſdem ergo ſemitas incedentes antiquitati litantes, non propriæ adinuentioni, eadem quæſita formabimus vt hac arte Phalāgij morſibus tanquam armonica modulatione ſuccurramus. Hæc omnia 4. libris abſoluentur. Sequetur liber quintus, qui continebit materiam de falſis reuelationibus.

LIBER PRIMVS.

Qui negarunt reuelationem.

1. REuelationem omnem ablegare viſi ſunt Arioli illi, & Magi, qui vocati à Nabuchodonoſor ad eius ſomnium cum interpretatione diuinandum, illud protulerunt Daniel. 2. *Sermo, quem tu quæris Rex, grauis eſt, nec reperietur quiſquam, qui indicet illum in conſpectu Regis, exceptis dijs, quorum non eſt cum hominibus cōuerſatio,* quo principio Ethærodoxo malè ſuppoſito, conſequens erat, aliqua, quæ Deus ſciret, non annunciari hominibus, nec (vt facit amicus cum amico) arcana diuini pectoris ſui reſerare. Contra Daniel eos reuincebat, cùm diceret: *Myſterium quod Rex interrogat, ſapientes, & Magi Arioli, & Aruſpices nequeunt indicare Regi, ſed eſt Deus in cælo reuelans myſteria.*

2. Horum autem myſteriorum genus duplex eſt: Quodam fidem catholicam concernit ex reuelatione facta Patriarchis, Prophetis, & Apoſtolis,

contenta

contenta tàm in ſcriptis,quàm non Scriptis inſtitu tionibus (de quibus latè in noſtro 1. tom. de Catholic.præſcrip.)& non tantùm theoricam concernit, ſed etiam praxim,nempe directionem actuum humanorum, comprehendentem terrores & conſolationes, captiuitatis, & reductionis prædictiones.Quoddam verò particularia reſponſa ad particulares fines includit, quorum multa jam pridem (vt patebit)in ſacris literis deſcripta, multa quoq; extra canonem locata, non tamen antiquitatis,Patrum,& eccleſiaſticæ hiſtoriæ patrocinio deſtituta. In horum ſerie S. Hildegardis, S. Catharinæ Senẽſis,&S.Brigittæ recẽſentur reuelationes ad ædificationem Eccleſiæ,& perſonarum, quibus loquebatur Deus,loquens ad cor animæ Sponſæ ſuæ,vt repleretur ab vberibus conſolationis eius.

Duplex genus reuelationum.

Hæc etiam, quæ reuelata veraciter affirmantur, *viſa* quoq; nuncupantur, & ij quibus innoteſcebant *Videntes* aliàs *Prophetæ* dicebantur, ipſaq; reuelatio præſignans futura, viſionis nomen obtinuit.

3. Elegantiſſimè verò à S. Tho. 2. ad Cor. c. 12. lect. 1. traditur reuelationis ethymon, vt *reuelatio* idem ſonet ac *amotio velamenti.* Duplex autem in corporalibus poteſt eſſe velamen, vnum ex parte videntis, aliud ex parte rei viſæ. Ex parte videntis, ſi objectum quidem viſibile eſt,atq; conſpicuum, & ex indiſpoſitione ſubjecti, vel organi non videatur. Ex parte rei viſæ,vt etiam ſi ſit intra ſphæram ſui objecti, quia tamen eſt improportionatum, non poſſit videri, niſi potentia confortetur, & velamen auferatur. Habitare aſſeritur in ſcripturis

Ethymologia reuelationis.

turis

Digitized by Google

turis diuina eſſentia *lucem inacceſſibilem*; ponit tamen tenebras, reſpectu noſtri, latibulum ſuum, vſq; quo rationalis creatura pertingat ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, & velamen penitus auferatur ab oculis noſtris: interim quia diuinus radius varijs figuris *circumuelatus* (vt loquitur Dionyſ. Areop.) nobis illuceſcit, adhuc Deus abſconditus, & velatus exhibetur, etiam ex parte rei viſæ, quia proponitur in figuris, & ſub velaminibus tectus. Quomodocunq; ergo impedimentum vel velamen auferri contingat, reuelari dicitur, & ſecundum hanc phraſim gloria *reuelari* dicitur ex Apoſt. Rom. 8. Tùm Deus videbitur non amplius in ænigmate, ſed facie ad faciem. Et in hac vita, ſpecies & figuræ, (quibus videtur Deus, ſed circũuelatus inſpicitur) reuelari dicuntur, id autem fit cum viſioni adjungitur intelligentia, tunc enim diuina myſteria innoteſcunt, & reuelari ſubinde dicuntur. Et hoc dixit Ambroſ. lib. 1. in Luc. c. 1. exponens illum locum, *Vnigenitus, qui eſt in ſinu Patris &c.* videlicet *ſpecies uidetur, virtus enarratur, illa oculis, hæc mente comprehenditur*; *non* quòd (exponit Angelicus) *non poſſit ſpecies ſpiritualis ad obtutum mentis referri* (cum legamus; *ſpecioſus forma præ filijs hominum*, quod ad ſpiritalem ſpeciem referri poteſt) ſed *quia id vſitatius eſt*, vt dicit S. Auguſt. nam in *loquendo ſolemus oculis tribuere viſionem ſicut ſpeciem corpori*: inde eſt, quòd quando ſola ſpecies corporalis apparet, ſolius ſenſus viſio eſt: cùm illi adjungitur intelligentia, viſio intellectualis eſt, quæ & propriè reuelatio eſt, & prophetica cognitio dicitur.

Quomodo gloria dicatur reuelari

Quæ propriè reuelari dicuntur.

4. Viſionis

4. Viſionis verò ethymologia ab eo quod primò impoſitum eſt ſignificandum (nempe actum viſus & extenſum poſtea eſt ad alios actus ſenſus) deriuatur, & ad ſpiritualem notitiam denotandam transfertur ex 1. p. q.67. ar. 1. & hæc naturalis eſſe poteſt, & ſupernaturalis; quod enim ſenſu exteriori, vel interiori, vel intellectuali demonſtratione venamur, naturali cognitione, vel intellectuali viſione percipimus, vnde, *quod notum eſt Dei* infinitas, immobilitas &c. (vt exponit Angelicus) *Deus illis manifeſtauit* Rom. 1. lumen naturale rationali animæ infundendo, per quod naturaliter homo cognoſceret, & per exteriora ſigna, & viſibiles creaturas, in quibus velut in libro Dei cognitio naturalis legitur, diuinaq; exiſtentia cum diuinis attributis, bonitate, ſapientia, & ejuſmodi noſceretur. *Quæ* autem *oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt* reuelata ſunt *nobis per ſpiritum ſuum*, quæ noſtram cognitionem effugiunt manifeſtando, lege Riccardum de S. Victore, in p. 2. de contempl.

Viſionis ethymologia & quæ ſignificet

5. Quamuis autem ſæpiſſimè viſio cum reuelatione confundatur, & pro eodem vſurpetur, tamen (ex eodem S. Thom. loco citato ad Corint.) differentia eſt inter viſionem, & reuelationem, reuelatio enim ſupponit viſionem, non contrà, quandoquidem aliqua videntur, & intelligentia (quæ in rigore eſt reuelatio) occulta eſt, vnde Pharao de ſpicis, Nabuchodonoſor de ſtatua viſionem habuerunt, & propriè reuelationem, ſeu intelligentiam non habuerunt; Ioſeph autem & Daniel eorumdẽ ſymbolorum ne dum viſionem, ſed & intelligentiã

Differentia inter viſionem & reuelationem.

Digitized by Google

& propheticam reuelationem perceperunt, & ſecundum hanc phraſim dixit Daniel: *eſt Deus in cælo reuelans myſteria nobis*. c. 2.

Ad eundem modum viſio cum apparitione confundi ſolet, ſed in rigore, ſicut à reuelatione, ita ab apparitione diſtinguitur. *Habet in morem* (ait Ambroſius) *diuina ſcriptura*, vt *quod videri non poteſt, apparere dicatur*, vt Deus & Angeli, neq; .n. ait, *in poteſtate noſtra eſt videre* angelum vel Deum, ſed *in poteſtate illius eſt apparere*. Quando ergo ſola ſpecies primò apparet, & noſtris ſe obtutibus ingerit, reuelari & apparere dicitur, ſed quia ſæpè cum ſpecie apparentis intelligentia non reuelatur, ſemiplena (vt ſic loquar) reuelatio, & apparitio dicitur; tunc verò plena eſt atq; perfecta, quando interior mentis viſio & intelligentia externam ſpeciem informat, & interior reuelatio & intelligentia eidem copulantur: ſic dicuntur reuelata myſteria prophetis, quia intellectualis viſio ſpeciebus viſis, ſenſui exteriori vel interiori adjuncta eſt, & ſupra viſionem ſenſibilem addita eſt intelligentia & viſio intellectualis, à qua viſione, reuelatione, apparitione, *videntes* prophetæ dicti ſunt, & *viſio* intellectualis prophetia nuncupata eſt.

Locutio ad viſionem reducitur.

6. Ad viſionem verò reducitur locutio, quæ ſi in ſolo auditu exteriori, ſpecie audiatur ſenſibili, externa locutio eſt tantum; ſi intelligentia adjungatur, interior locutio à DD. appellatur; & de ea eodem modò diſcurrere oportet, ſicut de viſione, vt infrà dicetur.

7. Somnia quoq; diuinitus efformata, ſub viſione & locutione imaginaria comprehenduntur,

quibus

quibus ſi addatur intelligentia viſorum, perfectam viſionem, vel locutionem continent; etiam hæc interdum confunduntur cum apparitione, reuelatione &c. Diſtinguntur verò ab illis, magis enim ſe extendunt locutio vel viſio, quam ſomnium, nam illæ etiam reſpiciunt ſpecies, quæ primò apparent exterioribus ſenſibus, ſomnia verò (cum ſint jam ligati ſenſus externi) ad ſolas formas imaginarias, & mentis intellectuales ſpecies referuntur. *Somnia ită diuinitus formata.*

8. Sub eadem vero latitudine viſionis, & reuelationis, & apparitionis, comprehenduntur ecſtaſes, vel raptus, ſed cum differentia à ſomnijs diuinis, nam interdum naturaliter ligantur ſenſus externi, quibus ligatis ſupernaturaliter ſuperueniunt diuinæ impreſſiones; in ecſtaſi verò & raptu, iſta ligatio ſenſuum & eleuatio ſupra ſeipſum, nec vlla niſi ſupernaturali virtute fieri vel cauſari poſſunt. Imo ſub intellectuali viſione locata, ad propheticam cognitionem ſpectant, addito (ex S. Tho. 2. 2. q. 173. a. 3.) quod ſupra communem hanc cognitionem, addit ecſtaſis abſtractionem à ſenſibus, prophetia verò interdum ſine hac abſtractione perficitur: raptus verò q. 175. a. 2. ad 1. ſupra ecſtaſim addit *violentiam quandam*. hæc Angelicus. *Ecſtaſis & raptus ad uiſionem pertinent.*

9. Illuſtrationes quoq; diuinæ, inſpirationes, inſtinctus, ſolam intellectualem viſionem reſpiciunt, & ſunt ipſiſſimæ reuelationes, quæ ſupra ſenſibiles viſiones & locutiones, intelligentiam ſuperaddunt: & licet interdum illuminatio cum reuelatione confundatur (quæ ex S. Thom, poteſt fieri miniſterio angelorum 2. 2. q. 172. a. 2.) tamẽ ſecundum quod eſt cognitio immediatè à ſolo Deo *Similiter illuſtrationes inſtinctus, &c.*

Digitized by Google

ſuſcepta tanquam à prima veritate, particulare qd includit (vt dicetur) & hoc genus: gradum prophetiæ propriè dictæ excedit 2. 2. q. 174. a. 3. Inſtinctus verò ad prophetiam reducuntur, & imperfectum quid ſunt in genere prophetiæ ex 2. 2. qu. 171. a. 5. & illum interdum humanæ mentes neſcientes patiuntur.

10. Quibus omnibus expenſis, ex ethymologia viſionis & reuelationis apparet ejuſdem notio: quòd *diuina reuelatio, vel viſio, eſt diuinorum myſteriorum, & ſecretorum Dei manifeſtatio, diuina diſpenſatione hominibus facta, ſupra totius naturæ curſum, ad communem eccleſiæ vel priuatam perſonarum particularium, quibus fit reuelatio, vtilitatem.* Nunc habita ſignificatione nominis, cum aliqua deſcriptiua notione tractandum eſt de exiſtentia reuelationis ſequentibus capitibus.

Definitio reuelationis.

Puncta proponuntur circa exiſtentiam reuelationis.

Quod præter reuelationes publicam fidem concernentes, aliæ factæ ſunt reuelationes particulares, tàm in lege naturæ, quàm in lege ſcripta, & lege gratiæ. Cap. 1.

Quod præter has reuelationes in canone cõtentas, alias oportet admittere contra Centuriatores, ex Antiquitatis, & PP. teſtimonio, & hiſtoria Eccleſiaſtica. Cap. 2.

Quod hæ reuelationes, etſi non clauduntur ſub objecto fidei catholicæ, magnam tamen habẽt authoritatem, maximè ſi ab Eccleſia probentur; certitudinem tamen fidei non attingunt. Cap. 3.

Quo lumine prædictis reuelationibus humanus intellectus aſſentiatur, diſcutitur. Cap. 4.

Quod is cui fiunt reuelationes dictę, ſub pœna infidelitatis,

infidelitatis, atq; perfidiæ vbi conſtat de atteſtante Deo, aſſentiri teneatur. Cap. 5.

Quomodo multi alij hæretici verarum revelationum exiſtentiam eliminare conati ſunt, ſuas falſas obtrudendo. Cap. 6.

Hoc idem alij Impoſtores attentarunt. Cap. 7.

Ex Caſtris Hypocritarũ, eos Impoſtores promanare ſolitos. Cap. 8.

Refutantur nonnulli, qui reuelationum earũdem exiſtentiam noſtris negant temporibus fieri, & jam (ajunt) ceſſaſſe hoc donum, vel ad ſummũ non dari, vt retroactis temporibus factum eſt. C. 9.

Quod ſatis leues ſunt illi omnibus iſtis reuelationibus fidem adhibentes; & media via incedendum, omnia probando, vt docet Apoſt. maximè à Iudicibus Eccleſiaſticis, & tutius eſt vel ſuſpendere judicium, aut in oppoſitam partem inclinare. Cap. 10.

Cap. 1. Quod præter diuinas reuelationes publicam fidem concernentes, factæ ſunt aliæ reuelationes particulares tàm in lege naturæ, quàm ſcriptæ, & etiam in lege gratiæ.

IN *manibus ſuis abſcondit lucem* [altiſſimus] (vt pronunciauit Heliud apud Iob. c. 37.) & *præcipit ei vt rurſum adueniat; annuntiat de ea amico ſuo, quod poſſeſſio eius ſit, & ad eam poſſit aſcendere,* quæ verba ex Angelico ibidem lect. 1. ſecundum literam ſignificant, quod apud Deum ſit quædam lux ſpiritualis, *quam Deus in præmium virtutis amicis reſeruet, & quòd ad eam poſſit aſcendere per opera virtutum* ipſam promerendo, & ad ipſam promerendam 1.

Reuelationum exiſtentia pr ex ſcript.

rendam Dei ope præparando. Ad noſtrum autem propoſitum hanc quoq; poſſunt habere intelligentiam eadem verba: quod diuinam lucem myſteriorum & arcanorum ſuorum, quam abſcondit Deus ab alijs, tunc reuelat, cum vult, & quando vult, quos prophetas & amicos ſuos conſtituit, indicando quòd hæc lux poſſeſſio Dei ſit, qui eſt lucis plenitudo, & ad eam ex participatione diuini luminis quis poteſt aſcendere, vt dictum eſt, ſecundum quam aſcenſionem perfectior eſt gradus reuelationis, ſecundum majorem & majorem approximationem ad hanc lucem inacceſſibilem primæ veritatis.

Omni tempore humana natura reuelationibus inſtructa

2. Fuit autem in omni differentia temporis prouidentiæ diuinæ conditio inſtruere homines, ne dum quantum ad cognitionem reuelando diuina myſteria, quæ per fidem, vel ēt ſecundum reuelationem particularium rerum priuatis perſonis factam, accepta ſunt, hoc eſt quantum ad ea, quæ agenda pertinent ad humanam conuerſationem (2. 2. q. 174. a. 3.) ſiuè ad publicam inſtructionē totius communitatis, ſiuè particularem priuati hominis pertinentia.

Tempore legis naturæ facta inſtructio per reuelationes.

3. Et ſi rem à principio ordiamur, occurrit Adam, cum in ecſtaſi & ſomno illi reuelatio Incarnationis myſterij facta eſt; poſt quem Noè alijque juſtitiæ & diuinæ reuelationis publici præcones (vt apparet ex epiſtola Iudæ) qui ex diuina traditione, fidelis populi, & ciuitatis Dei homines edocebant diuinas veritates reuelatas, eoſdemq; de agibilibus inſtruebant, quæ communem ſtatum religionis concernebant. Nec putandum eſt, ſub

hoc

Digitized by Google

hoc tempore legis naturæ defuiſſe particulares has reuelationes, ſcil. ad particularem inſtructionem, tàm de agnoſcendis, quàm de agendis, diuinitus à Deo quem conſulebant, reportando reſponſa. Exemplum manifeſtum habemus in Rebecca Gen. 25. dum enim colliderentur duo paruuli in vtero ſuo, perrexit vt conſuleret dominum. Quamuis autem doctiſſimus Caiet. aſſerat nō haberi ex ſcripturis modum hujus reuelationis, nempè, an immediatè à Deo facta ſit, an ab ore Sacerdotis; tamen Chryſoſtomus hom. 51. in Gen. docet quomodo *feſtinauit ad Sacerdotem Dei miniſtrum, per quem latentium ſcientiam volebat ediſcere, & enarrans omnia quæ ſibi contigerant, didicit diligenter omnia, miſericorde Deo per linguam Sacerdotis detegente ei omnia manifeſtè.* Didicit autem ex illo motu & colliſione puerorum, quod ne dum facta ſit mater, & duos eſſet paritura filios, ex Chryſoſt. & Caiet. (quod ad particularem refertur reuelationem) ſed etiam quod ad publicam quoq; ſpectat reuelationem, & ad vniuerſalem prophetiam, ſcilicét, quomodo illi in Gentes propagandi & multiplicandi eſſent, & deſcendentes ab Eſau, tàm in fortitudine, quàm multitudine ſubijcendi eſſent progenitis ex Iacob, illo prolato vaticinio, quia *maior ſeruiet minori*, quod nec myſterio vacat in prædeſtinationis negotio, adaptante Apoſtolo hæc ipſa verba ad Rom. c. 8. ad tam inſignè myſterium explicandum, quod ex hac parte ſub latitudine reuelatorum pertinentium ad fidem catholicam, etiam continetur.

Rebecca ex oraculis inſtructa.

§.

4. **In lege ſcripta frequenter legimus reuelationes**

In lege ſcripta fuerunt viſiones & reuelationes.

lationes & reſponſa edita quantum ad directionem agibilium, ſiuè communitatem, ſiuè particulares perſonas reſpicientium. Multis autem modis hæc fieri ex Parap. Chaldaico contingebant. Primus erat per *neſuah*, id eſt per viſionem & ſomnia. Secundus per *hacados ruah*, id eſt ſanctam inſpirationem, quam Græci Enthuſiaſmum vocant. Tertius per Sacerdotes & prophetas vt dicitur 1. Reg. 28. de Saul, *conſuluit Saul Dominum, & non reſpondit illi neq; per ſomnium, neq; per ſacerdotes, neq; per prophetas*, qui & Videntes, & à Deo viſione corporali, vel imaginaria, vel intellectuali edocebantur ad reſpondendum conſulentibus. Quartus modus habendi oracula erat ſecundum multos Rabbinos per *bath col*, id eſt filiam vocis. Terribile affert exemplum Ioſephus 1. antiquit. Iudaic. cum enim inſtaret Hieroſolymitanum excidium, audita eſt in templo vox illa in ipſo feſto Pentecoſtes MIGREMVS HINC. Vltimus tandem modus cum per Sacerdotes fundebantur oracula, nec id omnium erat, ſed ſummi Sacerdotis (ex Hieronym. epiſt. 127. ad Fabiolam) qui de magnis negotijs conſultus, lineam tunicam induebat, ſuper quam erat ſuperhumerale, & dicebatur Ephod: in interiori parte ejuſdem ſuperhumeralis ligabatur rationale judicij, Hebraicè *Hoſen*, id eſt pectorale, Græcè *logion*, vbi poſita erant duo hæc nomina, *Doctrina*, & *Veritas*, Hebraicè, *Vrim*, & *Thumim*; erant autem duo pretioſi lapides adamantini, qui vario colore tincti, felicitatem, vel exitium portendebant: Hoc dicit Ioſeph. 3. Antiquit. cap. 8. idem Rab. Dauid Kimhi in c. 20. Iud. & 27. ſcripſit, quod *Spiritus*

Varij modi reuelationũ in eadẽ lege

De oraculis manifeſtatis ſummo ſacerdoti.

De Vrim & Thumim

Sancti

Digitized by Google

Sancti vi littera quædam in pectorali eminebant, idq; *vel loco, vel fulgore, in quibus Sacerdos oraculum vel voluntatem Dei legebat.* Sed quanta huic rei fides adhibenda ſit, multi interpretes dubitant, ſic & Vermilius, qui etiam dicit in locis communibus loc. 7. quod potuit fieri vt *Spiritus Dei abſq; literis illis oracula ediderit, per vocem ſummi Sacerdotis, cuius animum vaticinio afflaſſet* quod in majorem Sacerdotis dignitatem redundat, cum tamen alias iſte impius, Sacerdotis ſummi authoritatem & prærogatiuam conculcet.

5. Vtro autem ex his modis reſponſa & oracula reddita ſint, habemus noſtrum propoſitum fundatum, quod in rebus magni momenti, debebant præſertim Duces accedere ad Pontificem, qui rem illam Deo proponebant, & ſciſcitabantur, an rem aggredi deberent. Sic fecit Ioſuè Num. 27. qui nō ſuſcepit bellum cum finitimis hoſtibus, nec rem magni momenti aggreſſus eſt, niſi conſilio communicato cum Sacerdote ſummo, qui Dominum conſulebat, & Ducem certiorem reddebat. *Pro hoc* (dicit ſcriptura Num. 27.) *ſi quid agendū erit, Eleazar Sacerdos conſulet Dominum: ad verbum eius egredietur ipſe & omnes filij Iſrael cum eo, & cætera multitudo.* Dauid Abiatharem conſuluiſſe legimus an deberet perſequi Amalechitas 1. Reg. 30. ipſe Achimelech Pontifex accuſatus apud Saul, quod pro Dauide Dominum conſuluiſſet; non eſſe id illi nouum ejuſmodi conſultationes cum Deo facere, ſapiētèr reſpōdit dicēs. 1. Reg. 22. *Num hodie capi pro eo conſulere Deum?* frequentem hujus rei vſum allegando: adeo id erat in praxi, vt Ioſuè & alij

Duces ſummum Sacerdotem interrogabant in rebus agendis.

Principes à Gabaonitis fuerint decepti, quia *os Domini non interrogarunt* Ioſue c. 9. Saul cum Philiſtæos adoriri vellet Deo inconſulto, à Pontifice monitus eſt ne id faceret, quantumuis poſtea Deum conſuluiſſet, reſponſum nullo modo promeruit, 1. Reg. 14. & quamuis filij Iſrael copias contra Beniamitas inſtructuri, Deum per Pontificem conſulerent, malè conſuluerunt, de viribus enim ſuis p̄ſumentes, potius quàm Dei oraculo fidentes, alijs cæſis in fugam ſe conuerterunt, Iud. 20. Moyſes in his oraculis fundendis Principem locum tenere oſtenditur, nam ipſe tabernaculum ingrediens loquebatur cum Deo, tanquam amicus cum amico ſuo; cœteri autem Pontifices ſequentes induti Ephod Deum conſulebant coràm arca ſi aderat, & reſponſa accipiebant. vel per occultam Spiritus S. reuelationem, vel per angelum humana voce loquentem, vel (ex Ioſeph & Kimhi) per gemmarum fulgorem. Hic tamen modus conſulendi Dominum per Pontificem, & expectandi ab eo reſpõſa, vel ceſſauit (vt dicunt quidam) initio captiuitatis Babylonicæ, vt videtur colligi ex Oſea c. 3. quando pariter ceſſauit eo tempore ſacrificium: vel ex Genebrardo, quando Ioas Rex Pontificem Zachariam de medio tulit: ſed probabilius eſt dicere cũ Abulenſi eo tempore ceſſaſſe, quod inter Alexandrum Macedonem & Machabæos interceſſit. legendus in ſuo defenſorio.

Cur Beniamitę & ſi conſuluiſſent Sacerdotē fugati fuerunt in bello.

Diuerſimode principes & alij Pontifices Deũ conſulebant

Quando ceſſauit hic modus conſulendi Dominum per Sacerdotes.

6. Addunt aliqui alium modum fuiſſe ſciendi voluntatem Dei, nempè per ſortes, ſic Rabbi Dauid Kimhi putat populum ſtetiſſe coram Domino, cum enim conſilium de rebus magnis caperetur,

Alij modi conſulendi referuntur p ſortes &c.

retur, oportebat magiſtratum, vel principem ſtare corã ſummo Sacerdote. In electione Saul res ſortibus acta eſt vt populus in electione ejuſdem tributim conſiſteret; Terra Chanaam ſortibus diſtributa eſt; Sacerdotia ſimiliter ſortibus deſignata; ſortibus enim Ionathas & Ionas culpabiles deprehenſi, ſimiliter & Acham ſortium judicio punitus.

Varia de ſortibus exempla.

Quodcumq; verò genus ſortium, ſiuè diuiſorium ſit, ſiuè conſultorium, ſiuè diuinatorium, illicitum ſemper fuit, nam dicere ſortes ab aſtris effectum ſortiri, vana exiſtimatio eſt, etiam à fortuna temperari, ridiculum, à dæmonibus expectari, ſuperſtitioſum, à Domino vero expectari, ſecundum ſe, ait Angelicus 2. 2. q. 95. a. 8. malum non eſt, vnde Salomon dixit, *ſortes in ſinum mittuntur, ſed à Domino temperantur*, Prov. 16. Propter quod Auguſt. in pſ. 30. ait, ſortes nihil aliud eſſe, quam in *dubitatione humana iudicium volun tatis diuinæ*. Illicitum ſemper fuit & eſt ad ſortes currere abſq; vlla neceſſitate, id enim potius ad tentationem Dei p̃tinet, ſi ſortiantur aliqui irreligioſè & irreuerenter, ſi diuina oracula ad negotia terrena conuertant, vt ſi in electionibus canonicis eccleſiaſticarum dignitatum ſortibus vtantur electores.

Quando licitæ quando illicitæ ſortes ſunt.

Quod ſi neceſſitas vrgeat, & res aliter terminari non poſſit, cum timore Domini ſortibus vti poſſunt, vt in tempore perſecutionis, *qui maneant, qui fugiant, ſi omnes fugere, vel manere ſorte eligendi ſunt*, ex Auguſt. ad Honoratum: & in pari indigentia pauperum, qui occurrunt ſubueniendi ſint, nihil commodius quã per ſortes agere ex eodem Auguſt. 3. de doctrina chriſtiana c. 1. & tunc in his non tentatur Deus, ſed

Multi caſus recenſentur

ab eo euentus expectatur, qui ſortes dirigit, & id intenderunt veteres illi Patriarchæ, piè, & religioſè, & reuerenter & prudenter, abſq; fraude, dolo, ad ſortes recurrendo, ob publicam neceſſitatem, vel populi vtilitatem. Ex qua doctrina Hieronym. in Ionam,& Auguſt. conciliantur. Hieronym. omnes ſortes negat & damnat; nec in exemplum trahenda, meritò dixit, quia de ſortibus ſuperſtitioſis loquitur (quales erant V. G. Gentilitiæ, de quibus meminit Cic. de diuinat. & dictæ ſunt ſortes Præneſtinæ: De alijs meminerunt Plautus & Pauſanias in Meſſeniacis) Auguſt. verò locutus eſt de ſortibus cum debitis circumſtantijs, vt eum egregiè exponit Doctor Angelicus loc. cit.

Hieron. & Auguſt. conciliantur.

7. Aliud genus erat intelligendi voluntatẽ Dei, per *Omen*, non quidem vanum, & ſuperſtitioſum, quod damnatum reperitur 26. q. 2. c. *illud*: ſed diuinum à ſolo Deo expectatum, qui poteſt omnia, omneſq; euentus dirigere, non quouis modo & cauſa, ſed ex neceſſitate & vtilitate,vt de ſortibus dictum eſt. Tale factum fuit Eliezer ſerui Abrahæ Gen. 24. cum ad eligendam vxorem filio eius, illud protulit. *Puella cui dixero: inclina hydriam tuam, & illa reſponderit, Bibe &c. ipſa eſt,quā præparaſti ſeruo tuo Iſaac, & per hoc intelligam, quod feceris miſericordiam cum Domino meo.* Sed & Gedeon Iud. 7. *Omine* vſus eſt,quod audiuit recitationem & interpretationem cujuſdam ſomnij. Ad eandem Ominis obſeruationem oculos direxit Ionathas, 1. Reg. ſignum à Deo expectando: *Si in me, aut in filio meo eſt iniquitas hæc, da oſtenſionem*, hæc enim omnia, & ſimilia ex S. Thom. 2. 2 q. 95. a. 7.

Per Omen multi veterum,ſcire volebant Dei voluntatem.

Omen quando eſt ſuperſtitioſum.

Factum Eliezer expenditur.

Similiter Gedeonis & Ionathæ.

Digitized by Google

a. 7. ad. 3. excipiebant quaſi ordinata prouidentia diuina, ſi enim id ſibi non perſuaſiſſent hi proceres ab illa res humanas dirigi, non ſignum petere auſi eſſent. Nec ad tentationem Dei hujuſmodi petitiones pertinere potuerunt, nam(ex lib. 10. Conf. c. 35.Aug.)*cum ſigna & prodigia flagitantur, non ad aliquam ſalutem, ſed ad ſolam experientiam deſiderata* Deus tentatur. videndus idem lib. de vera religione c. 38. Gentilitia verò Omina quia ſuperſtitioſa, penitus execranda, vt dictum eſt de ſortibus.

Illa accipiebantur vt ordinata prouidentia diuina.

9. In his ergo omnibus exemplis,ſecundum ordinem diuinæ prouidentiæ procedere oportet,& oratione ad Deum præmiſſa ex S. Thom. ibidem, vel eoſdem proceres Ionatham, Gedeonem, &c. in tantum oportet imitari,in quantum ſpeciali inſtinctu commoueri contingeret, quod cognitu difficile eſt, & non in conſequentias trahendũ, nàm exẽpla cum communi lege concordantia, imitari debemus; vt ſtimulos & calcaria virtutum,ſin minus, admiranda potius quam imitanda. Hucuſq; de oraculis & reuelationibus in lege ſcripta.

§.

1. In lege quoq; gratiæ viſiones, reuelationes inſigniter commendantur, ijs Chriſti diuinitas probata, vt legiſlatio eius firmaretur, ſimiliter & Apoſtolorum miniſterium, illi namq; fuerunt miniſtri ſermonis & doctrinæ euangelicæ. Illuſtre teſtimonium datum eſt Chriſto Domino in Iordane Spiritu S. apparente ſuper caput eius ; & in transfiguratione ex voce Patris, nube,collocutione cum Moyſe, & Elia ; & licet cum Apoſtolis ad tempus

Reuelationes ſub lege gratiæ.

ea viſio

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Digitized by Google

ea viſio ſilentio ſit demandata: *donec filius hominis à mortuis* reſurgeret, luculentiſſimè tamen poſtea S. Petrus eandem (in 2. ep. c. 1.) promulgauit. Inſtante Dominica paſſione, vox de cælo Chriſtum Dominum illuſtrauit: *& clarificaui & iterum clarificabo*, Ioa. c.12. Ad veritatem Dominicæ reſurrectionis adſtruendam, ipſe Saluator in ſua, vel aliena ſpecie peregrini, hortulani, emptoris piſcium confirmabat. Sic & Paulus ex alijs apparitionibus Cephæ, vndecim, quingentis fratribus, ſibi tandē tanquam abortiuo factis, proteruos reuincebat.

Viſiones Chriſti D. poſt ejus reſurrect.

2. Ad conteſtationem officij Apoſtolatus S. Petrus Apoſtolorum Princeps Ioelis teſtimonio viſionum contemptores confundebat. *Et prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ, & iuuenes veſtri viſiones videbunt & ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt*: & loquentes varijs linguis Apoſtolos à calumnia ebrietatis defendebat. Item duabus viſionibus Act. 10. & 11. ſe & ſua defendit, & Gentilium incorporationem ad eccleſiam rationabilem extitiſſe.

Viſiones p conteſtando officio Apoſtolorum.

Viſiones factæ S. Petro

Paulus Apoſt. 1. Cor. 9. ſuum Apoſtolatum ex viſione ſibi facta probat: *Non ſum Apoſtolus? Nonne Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum vidi?* & quid ex ea apparitione portenderetur explicauit Ananias: *præordinauit te, vt cognoſceres voluntatem eius, & videres iuſtum, & audires vocem eius, quia eris teſtis illius ad omnes homines, eorum quæ audiſti, & vidiſti*. Act. 22. Quam credendi neceſſitatem idem Paulus monſtrauit Agrippæ dicens. *Rex Agrippa non fui incredulus cæleſti viſioni, ſed his qui ſunt Damaſci primum, & Hieroſolymis, & in omnem regionem Iudææ & Gentibus annuntiabam vt pœnitentiam*

Viſiones factæ S. Paulo

Digitized by Google

tiam agerent. Ejuſdem etiam prædicatio viſionibus probatur Troade Auct. 16. Ab apparitione Macedonis inuitantis ad prædicandum in Macedonia. Contradicentibus Iudæis, viſione inſtruitur ne taceat, Act. 23. de tribulationibus inſtantibus ad eum corroborandum viſu admonetur. Angeli apparitione Act. 27. inſtruitur de ſua & nauigantium ſecum à naufragij inſtantis liberatione. Ob has & ſimiles viſiones Pſeudoapoſtolos retundebat, diſſeminabant enim, ipſis magis, quàm Paulo eſſe credendum; & coactus eſt ſe commendare apud Corinthios dicens, *Veniam autem ad viſiones & reuelationes Domini*, enarrans illum ſublimem raptum in paradiſum, vbi audiuit arcana verba, adijciens: *ne magnitudo reuelationum ne extollat, datus eſt mihi ſtimulus carnis &c.* 2. Cor. 12. excuſationem tantæ commendationis hac breui periodo concludens: *factus ſum inſipiens: vos me coegiſtis.* Apocalypſis demum viſionibus ſcatet, non ſecùs ac libri veteris inſtrumenti ijſdem pleni ſunt, vt ſuperfluum ſit eaſdem recenſere.

3. Ipſimet Centuriatores Magdeburgici, quamquam reuelationum particularium hoſtes infenſiſſimi (Centuria 1. lib. 2. c. 4. tit. de doctrina pag. 989.) eas non diffitentur, recenſentes viſiones de linteo oſtenſo Petro, qui admonebatur de vocatione Gentium, de Pauli tranſitu in Macedoniam, de collectione Eccleſiæ Corinthi, de prædicando Euangelio Romæ, de liberatione ab imminentis naufragationis periculo. Amplius (inquiunt) Stephanus vidit *Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei*, 1. lib. 2. c. 7. de gubern. Eccleſ. pag. 510. Et

Ex teſtimonio Magdeburgenſiũ probantur eædem viſiones.

Varia ijdē exempla recenſent.

Et ibidem lib. 2. c. 4. pag. 110. Et lib. 2. cap. 10. pag. 190. vbi etiam annotant vocem *Spiritus* ſignificare viſionem, vel reuelationem, juxta illud; *Fui in ſpiritu in Dominica die*: qui ſenſus cauſalis eſt, nam & Spiritus ſanctus viſiones, vel reuelationes cauſat.

Cap. 2. Præter has reuelationes recenſitas in lib. canonicis, oportet alias, contra Centuriatores, recipere, quæ ex antiquitate, & PP. teſtimonio, & hiſtoria eccleſiaſtica effluxerunt.

1\. *Magdeburgenſium p̄tinacia ſolum recipientium tales reuelationes quæ ſunt ſcriptæ in canone.*

PErtinaciſſimè hoc genus reuelationum extra canonem reijciunt Magdeburgenſes, & in ſingulis ferè centurijs contra illud obganniunt. Alij ijſdem ſuccenturiati, neſcio quas fabulas affigunt, vt Melancthon in Calendar. Manlij 23. April. Ad ſuperſtitiones reuocat Ioannes Rictius lib. de veter. ſuperſt. Breui compendio Marbachius lib. de miracul. penitus eliminat. Sed vt eorum vafriciem retundamus, ex ijs quæ ſunt in canone viſiones aliquot recenſitæ, aduerſos eoſdem, alias extra canonem à vetuſtate, à PP. teſtimonio & hiſtoria eccleſiaſtica recenſitas, recipiendas oculari oſtenſione demonſtramus.

Oſtenſio adverſus eoſdem quod eiuſmodi viſiones recipiendæ ſunt

2\. Certum eſt apud Orthodoxos miracula fieri in fidei conteſtationem, ex Marco vlt. cap. & epiſt. ad Hæbræos, & primum, & principale dogmatum fundamentum eſt, demonſtrare vnam eſſe Chriſti catholicam & Apoſtolicam eccleſiam perſpicuam, atq; viſibilem, quæ credenda, quæ anathematizanda, præſcribentē. Qua demōſtrata, illicò controuerſias oēs, & lites interminabiles finem accipere neceſſe eſt.

3\. Hoc

Digitized by Google

3. Hoc ipſum viſiones præſtant, quod & miracula, conteſtando, eſſe admittendam hanc Eccleſiam conſpicuam atq; viſibilem, qua admiſſa, aduerſarij ex ipſis viſionibus recenſitis in canone, quæ viſibilitati, & conſpicuitati teſtimonium perhibent, velint, nolint, omnes alias, quas repudiant & ſunt extra canonem, graui tamen teſtimonio Antiquitatis & PP. & hiſt. eccleſiaſt. ſuffultas, tenentur admittere.

Duæ ergo præcipuæ viſiones pro hac conſpicuitate Eccleſiæ adducentur ex ſac. canone. In vna refertur linteum magnum è cælo demiſſum è quatuor cæli partibus, varia animantium genera continens Petro apparuiſſe, Act. 10. Significabatur autẽ ea viſione Eccleſia viſibilis bonos & malos comprehendẽs, vt antea Chriſtus Dominus edocuerat, aſſimilando eam ſagenæ miſſæ in mare, ex omni genere piſcium congreganti, bonos, maloſq; piſces in ſe continenti; areæ, vbi grana & paleas videas cõmixtas; nuptiali palatio, vbi Virgines ſapientes & fatuæ concluduntur. His verò ſimilitudinibus & doctrinis euicerunt Catholici Donatiſtas, probantes, Eccleſiam viſibilem eſſe, & bonis & malis conſtantem. Aug. epiſt. 162. & 6. lib. contra Donatiſt. & alijs locis innumeris. Hanc viſionem lintei recenſentes Magdeburg. Cent. 1. lib. 2. c. 10. fol. 554. dicunt; *hæc viſio non tantum propter Petrum accidit, ſed multò magis, vt Deus vocationem Gentium miraculo declararet, & ornaret*; vocandæ autem erãt Gentes, vt viſibili incorporarentur eccleſiæ.

Ex ſcripturis, nõ ſcriptæ reuelat. probantur.

Eccleſiæ viſibilitas varijs ſimilitudinibus explicata.

Alia viſio recenſetur Act. 9. quando Paulo Eccleſiam perſequenti, eius caput Chriſtus appa-

Digitized by Google

ruit & clamauit, *Saule*, *Saule cur me perſequeris*? Xp̄i Eccleſ. perſequebatur, & non ſecus cum pes premitur (& eſt S. Auguſt. ſimilitudo) rectè exclamat homo, *cur me premis*? nec contra laruas pugnabat Paulus, & ſpectra, ſed contra viſibilem Eccleſiam ſub Chriſto præcipuo capite coadunatā; & ipſomet reſpondente, *durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare*; inuictiſſimam cum viſibilitate naturam demonſtrauit eccleſiæ, ac ſi diceret, *durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare*, nudos calces apponere, & in ſtimulum reagere, hæc eſt inſanorum hominum conditio, in eccleſiam, & per conſequens in Chriſtum arietare, ſeipſos potius cruentantium.

Probata viſibilit. eccleſiæ ex eius author. viſiones probantur.

4. Viſibilitate ergo eccleſiæ probata ex ſcipturis quas admittunt hæretici, illud conſequens eſt, vt quocunq; dogmate ab eccleſia propoſito, ingenij alas illi ſubmittere neceſſe ſit. Eiuſdem authoritate ſuppoſita cum traditione dogmatum conſequenter, ſicut & miracula, viſiones adduci poſſunt, quæ in catholica Eccleſia fiunt, & è contra ex authoritate Eccleſiæ fidem, quam expoſcunt, mereantur, quia in catholica fiunt. Sed cum vtrinq; ex viſionibus & miraculis inter catholicos, & hæreticos certetur, ac in pari gradu poſiti affirmandi vel negandi conſiſtant, bile ſtipendiati, perdentes quoq; vocem in contentione, nullus profectus habebitur in particulari, ablegata Eccleſiæ authoritate, quæ viſio ſit acceptanda vel neganda. Hoc diſcurſu vtitur S. Auguſt. contra Donatiſtas (lib. de Vnitate Eccleſiæ c. 26.) jactantes ex fictis reuelationibus & præſtigijs eccleſiam in ſola Africa conſiſtentem, retinendam eſſe. *Sic*, inquit, *oſtendunt*, *vt non*

Expendenda circa hanc probationem Aug. auth.

non dicant. Verum eſt, quia ille frater noſter, aut illa ſoror noſtra tale viſum vigilans vidit, vel tale ſomniũ ſomniauit. Remoueantur ait Aug. *iſta, vel figmenta mendacium hominum, vel portenta fallaciũ ſpirituum.* Ad Generoſum epiſt. 165. ex ficta viſione angeli oſtenſa Donatiſtæ cuidam, qua Donatiſtarum dogma probare conabatur, optimè in eundem inſurgit. *Quapropter ſi tibi ipſi angelus aſtitiſſet, quem ſibi ille propter te aſtitiſſe quantum arbitramur, aſtuta vanitate confingit, & hæc ipſa tibi dixiſſet, quæ iſte mandato illius tibi ſe inſinuare dicit, oporteret te Apoſtolicæ ſententiæ memorem fieri: licet nos, aut angelus euangelizauerit præter id quod euangelizauimus vobis, anathema ſit.* Gal. 1. Lege eundem Aug. tract. 93. in Ioannem. Primum ergo omnium caput, & principium incumbit ex Auguſt. documentis, probare veram eccleſiam viſibilem vbi ſit, antequam ex viſionibus vel mirabilibus (quod inter partes controuertitur) aliquod dogma vel eccleſiæ viſibilitas probetur. Habita Eccleſiæ viſibilis probatione ex ſcripturæ documentis (quod hæreticus non poteſt negare) vel minimum dogma recipiendum eſt quod eccleſiæ authoritate proponitur. Omnia .n. (vt egregiè S. Tho. 2. 2. q. 181. art. 4.) quæ per aliquod principium connectuntur, ab illo dependent, & qui perfectè cognoſcit principium ſecundum totam eius virtutem, cognoſcit omnia quæ per illud principium cognoſcuntur; qui ergo viſibilitatem eccleſiæ determinantis hoc vel illud dogma ad credendum cognoſcit, quæcunq; ab illo principio dependent ſuſcipit & veneratur, & inter ea quoq; quod ſcripſit. Gelaſ. d. 15. c. Sancta Rom.

Primo admittenda authoritas eccleſ. exin de reuelat. recipienda.

Digitized by Google

Viſion. non probant eccleſiæ auth. ſed & contra.

circa receptiones viſionum & ejuſmodi pro eccleſiæ ædificatione. Non ergo quaſi à priori, eccleſia per viſiones, ſed viſiones per eccleſiam probandæ & in ſuo gradu recipiendæ, & ex probatis viſionibus, ijſdem dogmatibus quæ recipit eccleſia, de purgatorio, de ſacrificio miſſæ, &c. teſtimoniũ velut à poſteriori perhibere poſſumus. Qui ergo ſpernunt eccleſiam, recipiendarum viſionum nullum habent argumentum, & ſi ex viſionibus angelorũ putant infirmari poſſe aliquod ex receptis eccleſiæ dogmatibus, illis cum ſuo reuelatore angelo tenebrarum anathema affigendum eſt, ſicut pronunciauit Apoſtolus.

Centuriatores & alij cacangelici has non recipientes reuel. arguuntur.

5. Sed Centuriatores & alij Cacangelici dũ noſtras viſiones euertere volunt (vt faciebant Donatiſtæ) ſuas obtrudentes ab Enthuſiaſtis acceptas, dũ noſtras euertere conantur, ſuis quoq; fidem adimunt; Quare (vt arguebat Origenes 2. contra Celſum in materia miraculorum) aut vtraſq; negandas, aut ſi hæ concedantur, concedere opus eſt quod eſt melius, atq; præſtantius; Illud certè præſtantius, quod nedum è ſcitis PP. & Doctorum, ſed etiam ab antiquitate & eccleſiaſtica hiſtoria teſtimonium habent, vnde frequenter à viſis, & his notabilibus euentibus certatum eſt, tanquam re & cenſu proprio, quæ ſi propterea incerta & fluctiuaga habeantur, eſſentq; mendaciter ſcripta (vt Gentiles reuincebat Auguſt. 10. de Ciuit. Dei c. 10.) jam nullis literis eſſe credendum ſtatuitur, mediaq; alia obliterãda, quorum tamen Gentium hiſtoria teſtis eſt, ſed Centurias percurramus.

Reuelation. accipiunt probationem à PP. ab Antiquit. ab eccleſ. Hiſt.

§. 1. PRI-

§.

Primi ſæculi reuelat.

1 PRIMO ergo SECVLO continuatæ ſunt viſiones & apparitiones. Anno 44. per viſum admonetur S. Petrus à Domino, vt in Occidentem pergeret, *opus enim eſt* (dicebat) *vt tuis illuſtretur facibus,& ego ſemper tecum* Metaphraſt. die 29. Iunij. eidem fugienti è carcere,in porta occurrit Saluator, & petenti *Domine quo vadis* ? illud reſponſũ datum eſt, *eo Romam iterum crucifigi.* Ambroſ. in Auxent. Greg.in 4. pſ. pœnit.Hegeſipp.3. de excidio Hieroſol. c. *per venerabilem, qui ſint filÿ legitimi*, & licet eadem hiſtoria recenſeatur in actis paſſionis Petri,quæ à Lino deſcripta perhibetur, non propterea propter adulterina aliqua ibidem inſerta, repudianda ſunt alia quæ à grauiſſimis teſtibus fidem accipiunt, quales ſunt Greg. Ambr. & multo conſultius feciſſet Magiſter Soto (malè impugnando Caiet. eam hiſtoriam referentem) tot proceribus credere,quàm contra illos ſapere.Conſimilem viſionem contigiſſe Paulo refert Origenes apud Baronium anno 60. num. 7. ſed eam vt apocrypham reijcis.

Viſiones facta SS. Petro & Paulo.

Per viſiones hymnodia & reſponſ. accepta.

S. Ignatius (referente Socra. lib. 6. c. 8.) *viſionem angelorum per reſponſorios hymnos Sanctam Trinitatem laudantium vidit,& modum viſionis Antiochenæ eccleſiæ tradidit alternatim in choro canendi. vnde hæc traditio ad omnes eccleſias promanauit* : Vbi ergo ocioſus ille,dans ſine mente ſonum, occinens chorum eſſe introductum propter ineptos ? ocioſi ne Angeli in choro cæleſti occinentes ?

S. Dionyſius epiſt. ad Ioannem apud Metaphraſt. in Oecumenio, liberum dimittendum ex

Pathmi

Viſiones recenſitæ ab Areopagita

Pathmi inſula in Aſiam reuerſurum ex diuina viſione pronunciat. Apud eundem epiſt. 8. ad Demophilum de inclementia & crudelitate taxatur erga quendam ſeductorem, quem hiatu terræ abſorberi cupiebat, & apparente Ieſu agminibus angelorum vallato, miſerum illum per pœnitentiam potius reuocari demandatum eſt.

A S. Martiali (in eius geſtis apud Surium) S. Valeriæ anima inſtar lucidiſſimæ flammæ conſpicitur in cælos euolare.

Ad hominẽ redarguuntur Centur.

Centuriatores 1. lib. 2. pag. 638. non aliud argumentum habent niſi in negandis operibus, quę Dionyſio attribuuntur, & contra venerandam caniciem, nouitates Eraſmi & Vallæ ſequuntur ſatis eorundem nouitiolam paraturam excludentes.

§.

Viſiones ſecũdi ſeculi.

2. SECVNDVM ſuccedit SECVLVM, in hoc clarus S. Iræneus lib. 2. c. 57. aduerſus hæreſes oſtendens quoſdam ſuo tempore viguiſſe in eccleſia, *qui habent* (ait) *præſcientiam futurorum, & viſiones, & dictiones propheticas*, cujus dicti Euſeb. 5. Hiſt. c. 5. teſtis eſt luculentus dicens, aſſeruiſſe Iræneum, *multos in eccleſia fratres prophetica chariſmata habere, & varijs linguis per Spiritum S. loqui & ſecreta hominum, vbi conducibile eſt, in apertum producere, & explicare audiuimus.* Ipſimet Centuriatores 2. c. 10. pag. 123. col. 1. n. 30. *ijs maximè ſeſe Iræneus adiunxit qui donis ſingularibus, qui bus Euangelij doctrinam ornarunt, fuerunt illuſtres.* *Recitat ipſe* (Euſeb. lib. 5.) *quales Doctores in eccleſia Chriſti tum temporis fuerint reliqui, & videtur cũ ipſis magnam habuiſſe familiaritatem, ſic enim ſcribit:*

Teſtimon. Irenæi de viſionib. ſui temporis.

multos

Digitized by Google

multos audiuimus fratres in eccleſia, prophetica habẽtes chariſmata, & per Spiritum S. diuerſis linguis loquentes, & abſconſa hominum in manifeſtum producentes ad vtilitatem & myſteria Dei enarrantes. An poſtea extincta in eccleſia in poſterioribus ſeculis hæc dona fuerunt? *Eidem teſt. Centur. arguuntur.*

S. Iuſtinus de veritate Chriſtianæ religionis, hæc proferebat. *Apud nos hucuſq; etiam prophetica extant dona, vnde & vos debitis intelligere, quæ olim in genere veſtro fuere, in nos eſſe tranſlata.* Debent hoc Magdeburgenſes ponderare, qui in Cent. 2. c. 10. pag. 213. dum reprehendunt S. Iuſtinum poetas ſuggillantem, quod prædictiones propheticas ad ſua figmenta detorſerint (vt & multas quiſquilias, & paleas ſuo more imponunt) procul dubio eundem taxaſſent docentem dona prophetica, vſq; ad ſua tempora protelata, quòd dum non faciunt, id pro conceſſo habere tenentur. Sed verè id non opus erat, nam ijs temporibus abſolutè faſſi ſunt hæc dona in eccleſijs viguiſſe. Illuſtre eorum eſt teſtimonium eadem 2. Cent. c.8. pag. 158. col. 2. num. 50. *In multis eccleſiis donum prophetiæ & miraculoſas Spiritus S. operationes viguiſſe, & ex æmulatione falſorum prophetarum iactantium vera vaticinia, ad veram eccleſiam ex ea nonnulla rediyt vtilitas, illuſtrata enim eſt per illud diſſidium doctrina de diſcrimine verorum & falſorum prophetarum, & confirmata ſententia: Probate Spiritus &c. & item: omni Spiritui non credatis, ait Ioannes,* hec illi. Si ergo hæc iſtis temporibus, quia patrata ſunt in eccleſia, rejecta non ſunt, nec quæ retro temporibus continuata ſucceſſionè facta ſunt explodere debebant, niſi

Viſiones tempore S. Iuſtini.

Eidem teſt. Cent. teſtimoniũ perhibent.

IjdemCent. reuincũtur.

Digitized by Google

niſi relegatis diuinis chariſmatibus, veram eccleſiã velint ab orbe quoq; exulare.

§.

Viſiones 3. ſeculi. 3 TERTIVM SECVLVM ſuccedit viſionibus fœcundum, ijs multi Gentiliũ inſtructi Chriſto dedere nomen. Hi namq; (vt perbellè Origenes, l. 1. contra Celſum) *Spiritu quodam repente mutante intellectũ eorum vt pro verbo exoſo ad id temporis non cunctarentur mortem oppetere, poſt viſiones oblatas ipſis vel dormientibus, vel vigilantibus: multa enim talia vidimus, quæ ſi memorarentur duntaxat in noſtra præſentia, cachinnum tollerent infideles, rati, nos quoq; ſicut illos malè ſuſpicantur, fingere. Teſtis eſt Deus noſtræ conſcientiæ conari me non falſis narratiunculis, ſed varijs exemplis commendare doctrinam Ieſu.* *Viſiones recenſitæ ab Origene* Hoc modo Baſilides carnifex per viſum admonitus, Chriſtianus efficitur; *Contra Celſum* (ajunt Cent. 3. c. 10. fol. 268.) *Epicureum Chriſtianorum calumniatorem, & omnis Chriſtianæ religionis eluſorẽ naſutiſſum, pugnauit acerrimè (Origenes) quod libri 8. aduerſus eum ſcripti teſtantur.* *Libri contra Celſum ab ipſis Cet. laudantur.* Sancta Potamia apud Euſebium per quietem multis Gentilibus apparens, ad Chriſtum adduxit, ob id ſub Seuero martyrio coronati. *Viſion. aliæ recenſitæ ab Euſebio* Rhenoni per viſum ſe & ſuos concaptiuos ad martyrium duci oſtenſum eſt, & ſingulis prodeuntibus, lucernæ ſingulæ proferebantur: ex epiſtola Lucij, Montani, Flacciani, Victorici. S. Perpetua ex Auguſt. de aĩa & eius Orig. l. 8. c. 18. ei in ſomnis viſa eſt, cum quodã Ægyptio in virum conuerſa luctari. *Viſiones Perpetuæ.* Eadem ſcalam auream vidit erectam ex vtroq; latere cultris & gladijs in textam; & per eam ſurſum aſcendentem Satyrum, ſocioſq; ejus ad aſcenſum inuitantem. Greg.

Digitized by Google

Gregorius Thaumaturgus fidei propugnator acerrimus, de fidei confeſſione aduerſus impios hæreticos per viſionem à Beatiſſ. Deipara Virgine, Ioanne Euangeliſta cathechiſta inſtruitur, miram illam confeſſionem fidei edens, per Eccleſias diuulgatam. Nyſſen. de Greg. Thaumatur. ediſſerens. Celebrant ipſi Centuriatores 3. Cent c. 4. fol. 35. num. 40. hanc fidei teſſeram his verbis. *Extat & Gregorij Neocæſarienſ. ſymbolum in exemplari Euſeb. quod Ruffinus interpetratus eſt l. 5. c. 25. Vnus Deus Pater Verbi viuentis, Sapientiæ ſubſiſtentis & virtutis ſuæ & figuræ perfectus perfecti genitor, Pater Filij vnigeniti &c.*

Gregorius Thaumaturgus per viſionem accepit fidei confeſſionem

Centuriat. eidē teſtim. perhibent

S. Cyprianus viſionum & reuelationum dono habetur illuſtris lib. 4. epiſt. ad Clerum & plebem. Quatuor viſiones recenſet ep. 14. 3. lib. ad Præsbyt. de puerorū innocenti ætate teſtatur, qđ *in ecſtaſi videt oculis, & audit, & loquitur ea quibus nos Dominus monere & inſtruere dignatur.* Viſione nocturna admonitus Cyprianus ordinauit Celerinum ad Lectoratus gradum 4. epiſt. 5. Viſione inſtruitur ne fœminæ viris cohabitent lib. de ſingularit. Cler. (ſi eius libri author eſt) ſubdens: *licet hæc inſtructio ſola litterarum mearum authoritate ſufficeret, tamen ne & ſomniatorem irrideat quiſpiam, ſicut Ioſeph fratres irriſerunt, ſcripturarum addimus firmitatem.* Et hic quoq; aduerſus Centuriatores trophæū erigimus Cent. 3. c. 10. de Cypriano teſtimonium perhibentes: *recitat & ipſe ſingularia ſua dona & viſiones, & admonitiones cæleſtes de perſecutionibus futuris, & rebus alijs ad gubernationem Eccleſiæ pertinentibus lib. 1. epiſt. 3. lib. 4. epiſt. 4. vbi viſionis*

Cypriani viſiones recenſentur.

Centuriatores eas admittunt.

cuiuſdam

Digitized by Google

cuiuſdam formam ipſe exponit. Valuit etiam & prædictionibus futurorum euentuum, quemadmodum intelligi poteſt ex lib. 4. ep. 6. Amplius ijdem c. 14. citant locum ex Cypriano lib. de mortalitate, *de Angelo apparente cuidam Epiſcopo, commeatum, & dilationem differente* egrediendi ex hac vita, *illudq; pronunciaſſe: Pati timetis, exire non vultis: quid faciam vobis?* an quæſo inimici noſtri non ſunt aſſertores & judices dari viſiones in Eccleſia?

§.

Viſiones 4. ſeculi.

4. QVARTVM SECVLVM ex ijſdem donis illuſtre ſubſequitur. S. Petrus Alex. Omouſij Hyperaſpiſtes, Ieſum Chriſtū Dominum vidit in forma lucidiſſimi pueruli conſciſſam veſtem deferentis, cui cum à Petro diceretur, *Domine quis tibi ſcidit veſtimentum?* illud reſponſum accepit: *Arius mihi ſcidit, ſed caue ne in communionem eum recipias.* Magnus ille Antonius in ſpiritu vidit (vt habetur in eius vita apud Athanaſium) beſtias in Dei ſanctuarium ingredientes & omnia proculcantes, Arianos futuros repręſentantes: vnde Chryſoſt. in Matth. hom. 8. ejuſdem prædictionis meminit dicens. *De his, quos Ariana peſtis inuaſit, manifeſtiſſimè prophetauit; quantaq; eccleſiis labes ab illis immineret, docuit, Deo vtiq; reuelante hæc & cuncta ante oculos eius figura pingente.*

Viſionibus demonſtratur Ariana impietas Petro Alexan. et Magno Antonio.

Viſiones Cōſtantini Magni.

Magnus Conſtantinus viſione SS. Petri & Pauli valetudini reſtituitur, curata lepra, Nicęnum 2. act. 2. Adrianus Papa 2. decret. Cælum ei adfauit, viſi enim in Italia, Maxentio Tyranno in Conſtantinum inſurgente, diuini exercitus, qui ad Conſtantinum ſe tendere fatebantur. Zon. 3. tom. annal.

annal. inſuper poſt meridiem in cælo coruſcam crucem inſpexit cum eo ſtemmate, *In hoc ſigno vinces*: exinde Labarum ſuum, vexilla, ſcuta, galeas, eodem charactere inſigniuit. Vidit armatum equitem idem ſignum ante faciem præferentem. Hadrianopoli duos ſimiliter juuenes intuitus eſt, qui hoſtiũ phalanges propulſabant. Propè Byzantium ignis veluti fulmen ſui exercitus vallum colluſtrabat, & hæc omnia felices ſucceſſus futuræ victoriæ diuinitus partæ denotabant.

Subſcripta acta Nic. concil. per apparitionẽ Muſſonij & Chryſanti.

Muſſonius & Chryſantus morte præoccupati, actis Nicænis quibus jam conſenſerãt, ſubſcribere non potuerunt, actá quidam Patres in loculis vbi jacebant, poſuerunt, vt ſubſcriptiones, quæ deerant, apparerent; mira res, quaſi è tumulis defuncti ſurrexiſſent ad ſcribendum, ſubſcriptiones optatas inſpexerunt. Niceph. tom. 8. c. 23.

Sed & Iulianus Apoſtata multis viſionibus territus eſt, apparente cruce coronata in animalium extis, dum ſuis impijs ſacrificijs intereſſet, Dæmonibus potentiam Chriſtianorum pertimeſcentibus: rurſus dæmonijs in adytis apparentibus, dum de rebus futuris conſulerentur, crucis ſignum objecit: valuit ſignaculum, cedunt dæmones, pelluntur timores, ex Nazianz. oratione 1. in Iul. qui nullo modo reſipiſcens, in caſtris atheus, incerto telo percuſſus, ante necem tamen manu cruorem ſpargens, illud reſonabat: *Viciſti Galilee, ſaturare Nazarene.* Eius mors viſionibus oſtenſa, nam ex Sozom. lib. 6. c. 2. cum amicus quidam Iuliani jam tum in Perſicam expeditionem properantis, in Eccleſiam inopia domeſtici hoſpitij diuerteret, Concilium cogi

Mors Iuliani Apoſtatæ viſionibus oſtenſa.

videt ex multis Apoſtolis & Prophetis,qui cum de contumelijs tyranni factis contra Chriſtum, & Eccleſiam, vindicandis conſulerent, duo tanquam ad deſtruendum imperium Iuliani properantes, concilium illud reliquerunt. ijdemq; poſtea qui pugnaturi ea nocte contra Iulianum proceſſerant, eidem amico jam eſſe occiſum nunciarent. Didymus Philoſophus Alexandr. poſt multas preces in ſomnum incidit, & tanquam in ecſtaſim raptus, viſum eſt ſibi videre equos albos in aere currentes; ſeſſores quaſi præconis voce clamantes. *Dicite Didymo, hoc die, hac hora Iulianum eſſe occiſum*; idq; Athanaſio Epiſcopo ſignificet. Fuiſſe vero Sanctũ Mercurium Iuliani vindicem, habetur ex orat. 1. de imaginib. in S. Ioanne Damaſc. (ex Helladio) eius enim imago viſa eſt Virgini Beatiſſ. ſupplicare, vt impius Apoſtata de medio tolleretur; deinde ad exiguum tempus videt S. Baſilius martyrem modico temporis ſpatio obſcuratum, non multo poſt haſtam cruentatam tenentem, cum prius in ſepulchro pendentia arma non reperiſſet (ꝙ æditũus ſacramento affirmabat) quæ poſtea veſperi velut trophęa pendebant in tumulo, impij ſanguine cruentata. Nauclerus lib. 2. generat. 13.

Probantur ex Damaſc. & Baſil. & alijs.

Pro fabulis habent hæc Centuriatores præſertim Baſilij viſionem eamq; confictam autumant impij *ad confirmandam*, dicebant *inuocationem Mariæ Virginis, & mortuorum venerationem: à poſterioribus confictam conſtat* (ſubdendo) *quod nec Baſilius, nec vetuſtiores eius rei meminerunt* Cent. 4. c. 3. fol. 1449. ſed mira hæc eſt impoſtura, qui vt dogmata jam pridem firmata negent, inuocationes SS. eorundemq;

Centuriatores arguuntur eas viſiones falſo impetentes.

rundemq; venerationem ſupercilio thraſonico, & negatiuo argumento vtuntur, quibus ſufficere debet authoritas Baſilij, Damaſceni &c. Sed vt de viſionibus crucis arguebat Nazianz. orat. 2. *Hoc ſanè eſt quod miraculi inſtar habeo, quod ſi falſum eſt, in auras abeat, ſi autem verum, rurſum Balaam vaticinatur, & Samuel per Ventriloquam trahitur, aut trahi videtur, & per dæmones Ieſum inuiti confitentur, ac per contraria, quò plus fidei, atq; authoritatis habeat, veritas demonſtratur.* Eodem modo contra Centuriatores inſurgitur: ſi fictio illa eſt quæ ab ipſis tribuitur Baſil. in auras abeat, certum eſt apud PP, eum diuinitum extinctum fuiſſe. In 1. orat. idem Nazianz. opera angelorum extinctum Iulianum affirmat; ſi autem Centuriatores admittunt, vt veram, ex alijs viſionibus factis, quas non repudiant, recipere tenentur; jam Baalitæ noſtri, per ora vaticinantur iſtorum, imò per ora Gentilium quos referunt ex Zonar. t. 3. in Iuliano. Vidit quidam ex ordine Iudicum Antiochiæ juxta prætorium excubans in cælo congeriem ſtellarum, litteris in forma diſpoſitis, hanc ſententiam exprimentem, *Hodie Iulianus in Perſide occiditur*, etiam eodē tempore occiſum fuiſſe obſeruatū eſt. Aurelius quoq; Victor in Iuliano: nocte præcedente interitū igneus globus viſus eſt, qui infelicem belli euentum portendebat: ſi has viſiones non negant, cur Baſilij viſum explodunt?

Elegans argumentum Nazianz. quod poteſt in Centur. torqueri.

Plures aliæ viſiones eodem ſeculo contigerunt: at quid de illis loquaciſſimi Centuriatores Cent. 4. c. 13. pronunciant? *ſolent* ajunt *loquentes de hoc ſeculo, reuelationes, & apparitiones, & viſiones*

Aliæ viſion. eiuſdem ſeculi.

nes

nes non nihil admirationis mouere, ſed ea qua hoc ſeculo accidiſſe quibuſdam priuatis hominibus commemorantur, pleraq; ſuperſtitionem & vanitatem redolent, & exemplificant de viſione mulieri illi facta de quorundam martyrum oſſibus Euſebij, & Neſtabi inter iumentorum cadauera latitantibus, vt inde extraherentur, (Sozom. lib. 5. c. 9.)& de viſione *Theodori martyris Epiſcopum Euzorum admonentis, ne res venales ſacrificiorum ſanguine cruentatas à Iuliano Antiochiæ expoſitas permitteret*(vt loquitur Niceph. lib. 10. c. 2.)obmurmurant. Hæc ſine probatione à ſuis Symmiſtis ſuſſurantes enunciant & confarcinant in ſuos centones immaniſſimi homines, belluæq; prodigioſæ & compoſitæ, Cynocephali, Hippotami, quos natura nouo modo produxit.

Sine fundamento eas repudiant Centuriat.

§.

5. Seculi viſiones.

5. QVINTVM SECVLVM viſionibus & apparitionibus illuſtratur. Gainas cum ſuo exercitu barbarorum Vrbi appropinquans, exterriti viſu armatorum militum (quos Angelos Vrbis cuſtodes fuiſſe aſſerit Baronius) re infecta, turpiſſima fuga ſibi conſuluerunt. Sozom. lib. 8. c. 4. Eutymius ſolitarius Therebonem gentilem curat, qui Chriſto nomen dare ſpoponderat, quo facto barbari commoti videntes in Chriſtianiſmo corpora quoq; interdum curari, & ipſi Chriſtianæ diſciplinæ colla ſubjugarunt. Procop. lib. 2. de bello Perſico. Multi Marcioniſtæ ex Theodoreto in hiſt. PP. precibus Sancti Ioannis præcurſoris & Iacobi Anachoretæ pro ea cauſa legationem ſuſcipientis, ex ejuſdem S. Ioannis apparitione, ad catholicam eccleſiam reuertuntur. Iudæi diuinitus ex quadam

Gainas viſu exterritus in fugam verſus.

Viſu admonitus Gentilis Therebo & alij barbari, baptizantur.

viſione

Digitized by Google

viſione conuerſi anno 418. n. 50. Major res item contingit Nicomediæ anno 418. n.65. ex annalium conditore. S. Stephani protomartyris reliquiæ Luciano, & Nigeſio Monacho ab apparente Gamaliele reuelantur. Epiſcopo qui erat in Synodo Diaſpolitana viſio defertur, thecæ apertæ ſunt ſuauiſſimũ odorẽ efflantes, ſacra pignora reperta, vbi innumera miracula diuinitus patrata ſunt, ex epiſt. Luciani apud Baron. 415. n. 15. Ex reuelatione S. Zachariæ corpus repertum eſt. Sozom. lib. 9. c. 11. PetrusChryſologusEpiſcopusRauennas à Sixto Papa conſecratur, Petro Apoſtolo, cum eius diſcipulo Apollinari, Pontifici ſummo apparente. Ex reuelatione corpora SS. Geruaſij & Prothaſij, vbi eſſent ſepulta innotuerunt, cujus rei teſtesAmbroſ. 7. epiſt. 54. & Auguſt. 22. de Ciuit. Dei c. 8. & 9. Confeſſ. c.7. Rurſus cum dictaretAmbroſ. ad ejus doctrinæ commendationem, globus igneus apparuit, eamq; viſionem ab exceptore occultari cupiebat. Bar. 297. n. 27. In forma ſenis dum commentaria ederet ſuper epiſt. Pauli S. Chryſoſtomus, auribus inſuſurrare idem Paulus viſus eſt, ex Proclo Conſtantinopolitano, Ex LeoneAuguſto & Metaphraſte in ejus vita. IdemS. Chryſoſtomus Angelorum viſiones videre ſolitus traditur à Nilo Epiſco ad Anaſtaſium, præſertim cum incruentum offeretur ſacrificium. Eidem ab exilio redeunti Baſiliſcus Nicomediæ paſſus, apparuit in viſu, hæc pronuncians, *Confide frater Ioannes, cras enim ſimul erimus*, futuram mortem, quæ ſecuta eſt annuncians. Pallad. in dialog. Sozom. lib.8. c. vltimo. Et quamuis hæc eiuſdem gloriæ manifeſtatio multis apocry-

Alij infideles viſionib. conuerſi.

Reliquiæ S. Stephani viſionibus repertæ.

Item corpus S. Zachariæ Papæ.

Item SS. Geruaſij & Prothaſij.

Viſion. de Ambroſ. & Chryſoſt.

phis

phis habeatur inſerta (quæ referuntur à Sophronio in Prato ſpirituali c. 128.) ſatis tamen alijs teſtificationibus conteſtata, & ſalua eius & indubia gloria permanet. Morti proximus Germanus (ex Conſtant. lib. 1. c. 19.) viſione non ad peregrinationem pergere, ſed ad patriam animatur. Nauclerus quidam ſecta Arianus, fluctuante naui, in diſcrimen adductus, viſione Procopij animatur, qui hæreſim deteſtans (erat autem perfidus Arianus) ſedatam quoq; vidit tempeſtatem. Gildo Africanus Comes, ex Paulo Diacono lib. 13. in Arcadio, & Honorio, cum Africam vellet vſurpare, à Marazile eius fratre cum ſuo exercitu profligatus, S. Ambr. paulò ante defuncto eum inſtruente, vbi & quomodo pugnandum eſſet, & congrederetur cum hoſte.

Viſio Germani.

Viſio Æmilij Epiſcopi Beneuentani.

Æmilius Beneuenti Epiſcopus cum alijs Epiſcopis ſolicitatus, vt in cauſa Ioannis Chryſoſtomi, eius amicitia neglecta, Attico communicarēt, oblatis multis aureorum nummis (ex Niceph. lib. 13. c. 33.) virum grauem in ſomnis admonentem audiuit: *Videte quomodo circumſpectè ambuletis, dies enim mali ſunt*, eidem antequam decederet Petrum & Ioannem aſſiſtentes eidem amicè collocutos(idē ſcribit c. 37.)migrationem ad Dominum & futurorum perceptionem annunciantes. Quid Centuriatores? Cent. 1. c. 13. titul. *viſiones* pag. 1481. & 1482. *hæc propterea commemorauimus, vt lectores attente conſiderent, quando apparitiones mortuorum confingi cœperint. Sacra ſcriptura tamen Dei & Angelorum in ſomnis docet, non* Patriarcharum, *non Apoſtolorum, aut aliorum hominum. Nicephorus præceteris in recitandis apparitionibus multus eſt.* Non videbantur

Digitized by Google

bantur ſibi ſapere Magdeburgici, niſi de Vigilantij ſchola jam ſatis à Hieron. & Auguſt. lib. de cura, pro mortuis c. 13. 15. 16. confutata renouarent, qui ſanctorum animas apparere non poſſe detrecta-bat. *Veſtem hanc* prophanorum dogmatum, vt cum Nazianz. loquar. *Hiſtiæus quidem conſuit* (nempè) *Vigilantius, cæterùm induit Ariſtagoras*, nempè Centuriator, *qui anteceſſoris ſui facta excepit*, & in rudi indigeſtaq; mole Centuriarum collocauit.

Centuriatores arguuntur.

§.

6. SEXTVM SECVLVM viſionibus & apparitionibus floridum. Theodoricus Italiæ Rex viſione exterritus ob capturam Archidiaconi loco Archipresbyteri, illa audiens verba, *Non effugies iudicium Dei*, tandem honorificè ad Vrbem remiſſus, non amplius de Archipresbyteri carceratione ſolicitus. Baron. 508. n. 31. & Greg. Turonen. de gloria martyrum lib. 1. c. 75.

6. Seculi viſiones.

Theodoricus viſione exterritus.

Hæreticus quidam Sectarius Seueri ob viſam coruſcationem in Euchariſtica particula à ſe projecta in cœnum, ad Catholicam fidem reuertitur. Sophron. in Prato c. 30. Aliæ quoq; particulæ in linteolo ab alio Seueriano ad comburendũ eas aſſeruatæ, aperto armario vbi condebantur, in culmos & ariſtas germinaſſe repertæ ſunt, multis ob tale miraculũ ad fidem reuerſis c. 79.

Hæreticus viſione conuertitur.

Anaſtaſij Imperatoris obitus viſionibus denunciatur Eliæ & Sabæ, & euentus, prout ſymbola ſignificabant, ſubſecutus. Sophron. in c. 35. Surius t. 6. die 5. Decembris.

Anaſtaſij Imperatoris exitus viſionibus demonſtratur

Non poſſunt hujus ſeculi viſiones & apparitiones Centuriatores inficiari, quando Anaſtaſij

Digitized by Google

Centuriatores viſiones factas de Anaſtaſio Imperatore admittunt.

viſiones Cent. 6. c. 4. tit. de perſecutionibus impiorum col. 1. fol. 76. ita deſcribunt. *Ad hæc ſomnÿs diuinitus immiſſis ad pœnitentiam fuit inuitatus Imperator: verum ne ea quidem cæleſtia quoq; & terribilia recuſauit præſagia* : & mox ſubdunt ex Zonara lib. 3. Anaſtaſio enim dormienti terribilis apparuit ei vir, Anaſtaſium compellans, oſtenſo eidem libro *Ecce ò Imperator ob cacopiſtian & peruerſitatem fidei tuæ annos* 14. *vitæ tuæ prorogandos deleo.* Sed hæc viſa contemnens Imperator, ædificium diſpoſuit mira arte fabrefactum vt à fulminibus ſe tueretur, ſed nihil valuit humana induſtria, nam declinãs ab irato cælo coruſcationes & fulgura emittẽte, dum fugeret è ſuprema parte domus ad cameratas, & tricameratas manſiunculas, fulmine ictus, meritas pænas luit.

Per viſum ardere, Neſtorium, Eutychetem, Apollinarem, Dioſcorum, Origenem, oſtenſum eſt, oſtendit id Deus Quiriaco Oſtenſi, & meritò Origenes quoq; inter hæreſiarchas cruciari viſus eſt, nam pro hæretico damnatus eſt in 5. Synodo can. 11. vbi annumeratur cum Ario, Eunomio, Macedonio, Euthychete, eoſq; anathematizandos pronunciatur ibidem, quod nec Centuriat. 6. c. 9. de ſynodis negare poſſunt, cùm eoſdem canones recenſeant.

Iuſtinus per viſum oſtenſus eſt Euthychio & Euſtachio ad Imperij faſces ſublimandus. Surius 6. Aprilis.

Idem prædixit Mauritio Theodorus Archimandrita ex Dei reuelatione. Euthychius (ex Euſtaſio) in eius vita, alia oſtenſa diuinitus demon-

ſtrata

ſtrata recenſet Euagrius lib. 5. c. 21. ſed & Iuſtinianus Imperator ad extrema fermè deductus, apparentibus ſibi Coſma & Damiano martyribus, incolumitati priſtinæ reſtituitur. Procop. 1. de ædific. Iuſtin. Damnatio Chilperici Regis ad Tartara per viſum Guſtherumno Regi demonſtrata eſt, ex Greg. Turon. 8. Hiſt. Franc. c. 5.

Illud admirabile quod recenſetur apud Euagr. lib. 4. c. 25. & Greg. Turonen. de gloria martyrum c. 8. de puerulo illo à patre ſuo in ignē conjecto, qui triduo apparente ſibi B. Virgine ſeruatur illæſus, vt ne tantillum à flammis læderetur. *Aliæ reuelationes ejuſdem ſeculi recenſentur*

Eodem ſeculo diuerſus animarum ſtatus in ſuis receptaculis poſt graſſantem luem diuinitus oſtenditur. Greg. lib. 4. Dial. c. 36. & ad conteſtationem æternorum ſuppliciorum, vt ſaltem timore pœnæ à malis abſterrerentur impij: multi ad vitam reduces (quod non obtinuit diues, illo poſtulante Lazari concionem ad Fratres ne venirent in locum tormentorum) prædicarunt.

Sexto pariter ſeculo habetur S. P. Benedictus viſionibus illuſtris, nam S. Gregor. refert, quadam nocte ipſum vidiſſe totum mundum quaſi ſub vno ſolis radio collectum, & animam Germani Epiſcopi Capuani ab Angelis in cælum deportari. Idem vidit animam S. Scholaſticæ eius Sororis in ſpecie Columbæ in aſtra volare. Segebertus ſcribit ad montē Caſinum iter inſtituenti, angelos occurriſſe, viam ipſi monſtrantes. Quid Magdeburgici Cent. 6. c. 13. fol. 810. *Eiuſmodi apparitionibus voluit malignus ſpiritus monaſticam vitam, quam Chriſtus taxat Matt. 24. confirmare.* Sed mendaciſſimi

homines deprehenduntur, cum ex doctrina,exẽplo Chriſti & Apoſtolorum,Monaſtices initium habuerit in noua lege.

Viſiones multæ recẽſitæ à S. Gregorio. Clariſſimus hoc eodem ſeculo magnus habetur Gregorius multa in ſuis dialogis de damnatorum ſupplicijs recenſens,vt de anima Theodorici in Vulcani ollam injecta, quam Liparitanus inſpexit Eremita 4. Dial. c. 30. de Moniali ante altare per medium diſſecta c. 15. & de Purgatorio loquens meminit animæ Paſchaſij Diaconi in Thermis ſe purgãtis,& alterius cujuſdã Thermarũ caloribus deputati 4. Dial. c. 40. & 55. Ad cælum aliæ animæ euolare viſæ ſunt, vt Probæ c. 12. & aliorũ. An hic score ociosæ Centuriatorũ manus ? magno Pontifici illudunt Gregorio Cent. 6. c. 13. fol. 817. ob *Centuriatores refutati.* has, & ſimiles apparitiones factas,Vrſino à SS. Petro & Paulo 4. Dial. c. 11. Probo Theatinæ Ciuitatis Epiſcopo à Iuuenali & martyribus, Gallæ à Petro Apoſtolo mortem felicem nuncianti, c. 15. Romulæ,in cujus cella pſallentium chorus viſus eſt funus cohoneſtans cap. 8. Tranſillæ à Felice Papa Atauo ſuo & c. 17. Muſæ à Beatiſſ. Virgine Puellarum agminibus ſtipata exitum vitæ prædicente, & inſaniſſimis verticibus in tam egregium Doctorem arientates eum culpant, quòd ijs quæ in Dialogis ſcribat ſuperſtitiones confirmet (ò voces fulmine dignas) inuocationem mortuorum, miſſam. Non ſiſtit eorum loquacitas,rident enim reuelationem factum Epiſcopo Conſoranenſi à Valerio indicante locum vbi ſepultus erat c. 84. & c. 85. & aliam factam Georgio Comiti Aruernenſi de conſtructione tumuli S. Venerandi inBaſilica quieſcentis

tis

tis ſi viſum recuperare vellet, vt factum eſt, aliaq; hujuſmodi nugaces homines ad carpendam antiquitatem nati, prout ſomniant, impugnant. Illud nō omittendum quod Procop. lib. 4. c. 24. de Narſete ſcribit, & ſola præſumptione abſq; vlla ratione reijciunt, videlicet (ait Procopius) inſtructum eſſe Ducem illum à Beatiſſ. Virgine, quando manus conſerere opus eſſet; Quid illi? *hæc Diabolica fuit illuſio ad cultum Mariæ confirmandum, nam quid eſt* (ſubdunt) *magis à veritate alienum, quā Mariam quæ in viuis arma nulla, neq; eiuſmodi res militares tractauit, nunc poſt mortem de cæde, de Victoria vaticinari ſine omni verbo Dei? hic nimirum à Diabolo miſeri homines irridentur, & faſcinantur, quando verbo Dei relicto viſiones, & ſomnia curant.* Si Bellonam vel Amazonem ad præliandum Narſetem incitaſſe, vel à pugna retardaſſe finxiſſet aliquis impoſtor, potius Gentilium fabulas affectantes, huic fabellæ aurem accomodaſſent, quam diuinis viſionibus: nō humanis ingenijs & inuentionibus, ſed diuina vi temporiſq; firmitate robur obtinuerunt: nunc autem quia illa viſio cedit in Virginis gloriam, quæ in altiſſimis habitat Regina & Imperatrix orbis ſuperborum colla calcans, in Dominam noſtram inſurgunt. Quo inſtructore ad Victorias reparandas egebat, & ad exercitus formandos, cum & ipſa ſit terribilis vt caſtrorum acies ordinata? quo ſcripto verbo indigebat Virgo mater Verbi, quæ oracula diuina excipiens conſeruans ea in corde ſuo, & reuelat cum opus eſt ad fidelium tutelam & inſtructionem? valeant ergo cum ſuis fucatis, & perſonatis Centurijs quas non ad probationem, ſed ad calumnias effutiendas elaborarunt.

Narſetis viſio facta.

Centuriatores refutati.

§. 7.

§.

Septimi ſeculi viſion.

7. SEPTIMVM SECVLVM viſionibus quoq; & apparitionibus dotatum ſubſequitur.

Londini S. Petrus Apoſtolus piſcatori Thamenſis fluuij ſub habitu peregrini ſe ſpectabilem reddit, promiſſa mercede fluuium tranſuadare, in ſua cymba ſupplicat ſe deferri; ad ripam contendit, eccleſiam ingreditur, ſolemni conſecrationis ritu parietes vngit, reliquas ceremonias non omittens. Ad nutum piſcatoris hominum piſcator ille rete jaciens copioſam concluſit piſcium multitudinem. Grandiorem piſcem Epiſcopo adferri voluit Apoſtolorum Princeps, ex ordine piſcator Epiſcopo viſum recenſet, accurrit Epiſcopus obſeratas valuas Eccleſiæ reperit, cernit parietes bis ſenis in locis ſanctificationis oleo illitos, totidemq: cereorum reliquias duodenis crucibus inhærere, & quaſi recenti aſperſione madeſcere. Beda 2. lib. Hiſt. Anglorum c. 3.

Viſio S. Petri.

Ex eodem lib. 2. c. 7. Eduinus Rex viſione cælitus immiſſa ad Regni apicem promouetur, poſt infeſti præceſſoris Regis inſidias, & paratam necem ſuperatas. Catholicam doctrinam juxta oraculi inſtructionē amplectitur, & ſacro tinctus eſt baptiſmate anno 627.

Alia viſion. recenſentur

Dagobertus Rex in hora ſui exitus à ſatellitibus Satanæ ad Vulcania loca deferri viſus eſt Ioanni Eremitæ, ſed arrepta anima à Dionyſio, Mauritio Martyribus, & Martino Confeſſore è manibus illorum erepta eſt, & ad vitales auras reuocatus, ſicut diuina viſio oſtendebat, quantum Dionyſij, & aliorum SS. preces potuerint demonſtratū eſt. Aymon. lib. 4. c. 13.

S. Eligij

S. Eligius Nouiodunenſis Epiſcopus de Regibus ſucceſſoribus Clodouæo diuino viſu admonitus,& juxta reuelationem tribus relictis filijs, vnº Regno priuatus eſt, & poſt hunc alter,tertius ſolus Regni ſuſcepit gubernacula.

Kilianus Epiſcopus, Colomannus Presbyter, & Tornatus Diaconus viſione admonentur, martyrio fore coronandos, orationibus ergo inſiſtentes, & ad agonem ſe præparantes in loco orationis trucidati ſunt.

S. Leodegarij quoq; martyrium præſignatum eſt,ex lucidiſſima ſphæra ſuper eius caput apparente. Surius 2. Octob.

. S. Hildæ Abbatiſſæ anima comitantibus Angelis cælos penetrare viſa eſt. ex Beda lib. 4. cap. 35.

Cum ingens lues Romam affligeret diuinũ oraculum acceptum eſt, non ceſſaturam donec altare S. Sebaſtiano Martyri extrueretur, quo ædificato ceſſauit peſtis. Paul. Diac. lib. 6. c. 5.

Duo horribilia viſa ad Impænitentes emolliendos.

Hoc eodem tempore duo horribilia viſa referuntur à Beda lib. 5. c. 14. & c. 15. ad impœnitentes emolliendos, & non ad ſero, ſed feriam agendo pœnitentiam inducentia. ex eodem Beda lib. 4. c. 7. ſuper ſepulcra & cæmeteria religioſa lux cæleſtis illapſa oſtenditur,vt corpora Deo ſeruientium communem reſurrectionis diem expectãtia,cæleſtibus fauoribus cohoneſtari per anticipationem emiſſæ lucis demonſtraretur.

Quid ad hæc Centuriatores? ad cachinnos ſe reſoluunt, & ſolitas occinnunt,vt dicitur,*patrias cantiones*, Cent. 7. c. 13. de miraculis, pag. 68. viſionem

Digitized by Google

Centuriatorum cantiones. ſionem factam Laurentio à S. Petro Apoſtolo quē etiam flagellis exterruit : à Beda lib. 2. cap. 6. ne à grege diſcederet deſcriptam derident, qua audita Rex viſis,& plagis factus certior baptiſmate initiatur, & Mellitum,& Iuſtum quos expulerat,reuocauit. Quid iſti ? (ò inanium verborum apparatus) ad ſtuporem Regis Ethnici hæc à Laurentio fabricata, nullum niſi ſuperſtitioſum eis fidem adhibiturum. ſimilia narrat noſter Vincentius lib. 20. c. 90. ſui ſpeculi hiſtorialis de S. Quintino,qui per viſum nobilem ſuperbum & auarum flagellauit. nulloq; argumento Vincentium niſi ſcommate impetunt, dicendo : *hæc Vincentium fabulatum.* Aliam derident viſionem pag. 572. juxta Segebertum, quam pius quidam & nobilis vir accepit de pœnis inferorum, & Purgatorij. At iſti Purgatorij oſores,& euerſores digni Cocytho,& Acheronte quibus ſui ſimiles torquentur,& hæreſum flagitia vindicantur. *Purgatorium* (dicunt) *miſſas, & alia huiuſmodi à ſuperſtitioſis commendata, nolentibus ſynceros DD. audire ex verbo Dei Romanorum ceremonias conſutantes,* & mox, *eadem, & quidem fabuloſa plura habent Vincent. lib.* 23. *c.* 119. *Anto. p.*2. *t.* 13. *c.* 3. §. 2. Adoriuntur demum viſiones factas Furſeo Monacho de Purgat. & c. quas tamen integer Vir Venerabilis Beda non ex ſuo capite confinxit lib. 3. Hiſt. Angl. c.13. ſed crocitent quantumuis libet, illis apeatur quod ſcripſit Nazianz. in Iulia. or. 2. *Vetera beata prædicantur,noua maledictis omnibus ad infamiam confinguntur* , tales ſunt ipſorum fabellæ relictis vetuſtatis documentis.

Iidem conſulantur.

§. 8. OC-

Digitized by Google

§.

8. OCTAVVM SECVLVM illuceſcit, & adhuc diuina continuata chariſmata. nam & Rex Ceoldredus admirandas refert viſiones de pœnis inferni, cruciatibus Purgatorij, Paradiſi amœnitate. ex Baron. 716. n. 18. & ſeq. Præciſa manus à Leone impio, Damaſceno eodem ſeculo: ſed Ioanni oranti ante Beatiſſ. Virginis imaginem multo lacrymarum imbre, ab eadem Domina noſtra reſtituitur. ex Ioan. Patriarcha Hieroſolym. apud Baro. 728. num. 3. *Viſiones 8. ſeculi.* *In viſione Io. Damaſceno manus reſtituta.*

S. Germanus Pariſiens. Epiſcopus Pipinum Regem adijt, viſione eum commonefaciẽs de ſuorũ oſſium tranſlatione ab oratorio S. Simphoriani, vbi per 200. circiter vel amplius annos delituerant, vt ad Eccleſiæ majoris aulã ſolemniter transferrẽtur, quod honorificè præſtitum narrat Aim. l. 4. c. 62. Ejuſdẽ Pipini tẽpore à Papa Stephano altare ante ſepulchrum S. Dionyſij ex memorabili viſione, & juſſu ejuſdem martyris, & Apoſtolorum Petri & Pauli qui præſentes oſtendebantur, dedicatum eſt, & ibidem in Regem inungitur. ex epiſt. Ludou. filij Caroli Magni apud Baron. 754. n. 2. S. Tiburtij reliquiæ per viſum famulo cuidam Reginbaldo demonſtratæ, repertæ ſunt, & ex ſecuta ſanitate (febre enim puer laborabat) quæ pro ſigno inuentionis promiſſa fuerat facto impleta eſt. Baron. anno 826. n. 15. 16. *Reliquiæ repertæ.*

Sed nec Centuriatores calumnijs dant finẽ, nam Cent. 8. c. 13. t. de miraculis pag. 878. calamum in ejuſdem temporis viſiones acuunt. vnde & *viſiones de Inferno, Purgatorio, Paradiſo, præſtigias*

Centuriatorum calumniæ referuntur, & refutantur.

nuncupant, & *ad comprobandos* (ajunt) *errores de Purgatorio introductas*, pag. vero 874. viſiones factas ſuper *tranſlatione corporum S. Lamberti*, *Mariæ Magdalenæ*, *recenſitas à Segeberto anno* 710. & noſtro Bellouacenſi lib. 23. c. 152. *ſigna mendacia, & fabulas appellant.* Benè in eos quadrat quòd S. Nazianz. in Iul. or. 2. ſcripſit. *Vt cataractæ Nili ab Aethiopia in Aegyptum cadentes, & Solis radius, tametſi nube aliquantiſper obducatur, nulla arte adhiberi queunt: ſic nec Chriſtianorum linguis* (& doctrina) *compedes inijci portenta veſtra proſcindentibus.*

§.

Viſiones 9. ſeculi.

S. Michaelis viſio facta Alberico & alia.

9. NONVM SECVLVM felicibus viſionū auſpicijs inſequitur, & ab anno 800. auſpicatur. Alberico Archangelus Michael apparuit, vt innoteſceret Regi curationem eius miraculosè factam meritis S. Marcellini martyris, qui per ſomnium eum curarat anno 828. apud Bar. n. 8. ſignum prophetiam vel revelationem comprobauit, cerei enim non dum accenſi abſq; adhibitione ignis, quod nūcio hæc narranti promittebatur, flammam continebant: & nu. 22. à S. Seruatio, Saliga monialis per viſum ter admonita, vt ei ſe commendaret, & ſi negligens vel reluctans, trinæ tamen viſionis authoritati non audens amplius reſiſtere, Traiectum pergit vt juſſa erat: in Baſilica S. Seruatij ſiſtitur, juxta ſacrorum martyrum loculos collocatur, omniū admiratione, totius corporis meruit ſoſpitatem.

Saluius cum Socio pro Chriſto trucidatus, in ſtabulo ſepultus, tædis cæleſtibus illuſtratus. Carolus autem Magnus ter diuinitus monitus, ambos in Eccleſiam transfert.

Eodem

Digitized by Google

Eodem ſeculo S. Cæcilia Pontifici apparet, locum ſuæ quietis indicat, & reperto corpore in ſua æde reponit, quod factum voluentibus annis obliuioni demandatum, iterum anno 1601. à Cardinali Sfondrato locum alijs reliquijs parante, repertum eſt. *Viſio S. Cæciliæ reuelantis vbi ſepulta erat.*

Theophilus Iconomachus ſanct. virorũ interceſſione, & Auguſtæ precibus veniã promeruit, vidente enim in ſomnis Auguſta Imperatorem ad Tartara duci, ad pedes ſummi Iudicis prouoluta, pro viro ſuo deprecabatur, qui tandem miſericordia motus ait: *ò mulier, magna eſt fides tua, propter te, & Sacerdotum tuorum preces coniugi tuo do veniam.* Eadem nocte S. Methodius Patriarcha Angelum templum ingredientem vidit, & audire promeruit: *Epiſcope, exauditæ ſunt preces tuæ, & veniam Theophilus impetrauit.* Somno experrectus, ad ſacram acceſſit menſam, ibiq; cum legeret, paulo ante conſcriptum libellum, Theophili nomen abolitum inuenit. 842. *Viſione Theophilus Imperator liberatur.*

Bardas Cæſar in ſomnis vidit S. Petrum Principem Apoſtolorum, à quo Ignatius Patriarcha malorum quæ ſuſtinuerat, vltionem poſtulabat. Dedit Apoſtolus vni ex aſſiſtentibus gladiũ, dicẽs: *Deo inuiſum Bardam in ſiniſtro loco conſtitutum fruſtatim incide*, de filio quoq; in altero loco ſedente ſimile ſupplicium ſume. ita factum eſt, nam fruſtatim ſimiliter inciſus eſt ejus filius qui & Michael Imperator. Digna certè vindicta in Cæſarem S. Petro vindice, qui ſedem Apoſtolicam, & ſedentem in ea Nicolaum Petri ſucceſſorem calumnijs aſperſerat. *Bardæ Cæſ. mors viſione præſag.*

Digitized by Google

Refutantur illuſores Centuriat.

Hoc ſomnium irrident Centuriatores, & Mornæus apud Coquęum in antitod. contra eius oppoſitionem 32. ſed non à Papa Nicolao confictum eſt; quum ne dum à Latinis, ſed & Græcis Scriptoribus referatur, Zonara, Cedreno, Curopalate; quaſi nouum ſit Centuriatoribus, hominibus diuinitus immiſſa fuiſſe ſomnia,maximè quæ diuinam iram præſignabant; ſed tota fraus viſiones abnegandi eò tendit,vt ſacer Petri Principatus nullam ex ea viſione defenſioné accipiat, vel ſaltem ex ipſo verbo Dei ſcripto quod crepant quotidie conuinci ſe paterentur,quod tàm apertè loquitur: *Tibi dabo claues Regni Cælorum*,vt abſq; iſta viſione, omnium Hæreticorum, & Schiſmaticorum argumenta,tanquam vitrea tela feliciter eludantur.

§.

10. Seculi viſiones.

10. DECIMVM SECVLVM albo quoq; diuinorum chariſmatum lapillo ſignatur. S. Dunſtanus (ex Osberto apud Bar. 959. n. 7.) ne penitus damnaretur Eduinus Rex Angliæ,dum à teterrimis ſatellitibus quem judici præſentari in viſu cernebat, immenſos riuos lachrymarum profundens, non ab eis deſtitit, donec ſe pro eo exauditum agnouit, nam tandem ſuorum ſcelerum pertæſus,pœnitens ex hac vita diſceſſit.

Viſio de Barda Sclero Duce Oriēt.

Bardas Sclerus Orientis Dux,conſilio militum,Imperatoris ſibi nomen vſurpat, & inſignia ſibi vendicat, confiſus (vt ſcribit Curopalates) cujuſdam Monachi viſui: videbatur enim ſibi videre homines igneos, qui Bardam aſſumptum in celſiſſam ſpeculam adducerent, ibiq; occurrere ſe mulieri humana ſpecie inſigniori,quæ ſibi Regium flagellum

Digitized by Google

gellum traderet, hoc flagellum Bardas ſymbolum exiſtimabat Imperij, ſed reuera contra Romanos erat ira diuina, ita meritò (ſubdit Baronius) nam magna affecit calamitate Orientale Imperium.

Viſio facta Eremitæ de Principe Capuano.

Anno 933. viſio oſtenſa eſt cuidam Dei ſeruo Neapolitanæ regionis, qui nocturno tempore vidit multos nigros homines velut Æthyopes diſcurrere, pabula jumentorum deuehentes, qui interrogati quo tenderent: *maligni* (ajunt) *ſpiritus ſumus, hæc fomenta deferentes pro hominibus comburendis, & Capuæ Principem Pandulphum, & Ioannem Magiſtrū militum in proximo morituros, gehennæ ſubituros eſſe ſupplicia*, poſt quæ vterq; ex hac luce migrarunt, ſecum deferentes culpas, vt pœnas ſubirent.

HugoComes viſu admonetur de corporibus quorundam SS.

Hugo Magnus Comes Pariſiens. ex Chronico Naugij 987. per viſionem admonitus, corpora Sanctorum Richardij & Valerici, quæ de ſuis Eccleſijs in Flandriam tranſlata erant, & repoſita in Eccleſia S. Bertini apud S. Audomarum timore Nortmandorum qui Franciam deuaſtabant, ad ſuas fecit Eccleſias deportari. Cui per viſionem apparuit S. Valericus, & propter hoc factum reuelatum eſt poſt ipſum in Regno Francorum vſq; in 7. generationem eius ſobolem regnaturam.

Angelus per viſum pugnat in Hiſpania contra Saracenos.

In Hiſpania anno 988. Chriſtiani pauci innumerabiles Saracenos profligant. noluit Dux Antolinus pugnam inire, niſi prius expleto Miſſæ ſacrificio, adeò fortiter pugnare viſus eſt, hoſteſq; verſare, vt certè à cunctis Angelum pugnaſſe viſum ſit, eius tamen equus ex inflictis vulneribus, & cæſorū ſanguineo cruore madidus rubebat, in ſignum

cruentæ

cruentæ pugnæ, & reportatæ victoriæ.

Admirabilis viſio S. Adalberti. Adalbertus Bohemorum Epiſcopus poſtulante Archiepiſcopo Moguntino, à Papa impetrauit, vt è Monaſterio extractus, rurſus Epiſcopali ſarcinæ humeros ſupponeret. Sed dum ij adhuc recrudeſcerent Geiſæ Regi de conuerſione Regni cogitanti, apparuit ei noctis ſilentio juuenis ſpecioſus hæc proferendo: *manus habes plenas ſanguine, ſed filius tibi naſciturus qui cogitata perficiet*: & Reginæ S. Stephanus apparens ait: *Paries filium cui nomen meum impones Stephani. Excipe qui venit Dei famulum benignè*: & ecce S. Adalbertus prope diem aduenit, vtriq; ſpondet pro firmitate promiſſi. Anno 989.

Alia ejuſdē Idem S. Adalbertus cum coram Pontifice ſacrum Miſſæ ſacrificium perageret, deueniens ad commemorationem pro defunctis, *Memento Domine Defunctorum, &c.* raptus obdormijt. Pontifex eum excitari curat, & vnam ex Chirothecis Pontificalibus requirens, inuenire non potuit; aliaq; pro ea ſubſtituta, diuina proſequitur, & expleto Miſſæ ſacro, Papa ſomnij, & amiſſæ Chirothecæ cauſam de ore Adalberti accepit: nimirum quinq; Fratres ſuos in Bohemia cæſos pro fide, ſepulturæ dediſſe, ibiq; aduocatum chirothecam reliquiſſe. Mittuntur curſores, & protinus eam repertam deferunt, & quæ oſtenſa in viſu fuerunt, verè accidiſſe referunt.

Otho Imperator, Pontifice annuente, ſtatuit in Monaſterio S. Pauli Monachos laxioris vitæ amouere, pro illis inſtituti alterius religioſis ſubſtitutis. Sed S. Paulus in ſomnis apparens, omnino id prohibuit, dicens: *emendare, non extirpare oportere.*

oportere. Bar. anno *996.* Non ſic curauit fieri Paulus ille Modernus, q. cauſam illè defendere curauit & procurauit de non reſtituendis Monaſterijs ab Hæreticis occupatis veteribus ordinibus, ſed multa ex ijs in alios pios vſus conuertenda, in medium adducens næuos, & lapſus veterum, vt noui alij agricolæ ſubſtituerētur in Dei vinea. Sed hanc cauſam egregiè propugnauit Eruditiſſimus & Doctiſſimus Pater Admodum Reuerendus Dom. Romanus Hay, almi Ord. S. Benedicti alumnus in ſua defenſione de Iure antiquorum Ordinum pro recuperandis ſuis Monaſterijs, & bonis Eccleſiaſticis. & fruſtra contra illum Paulus ille Nuperus in Apologia impreſſa Dilingæ 1636. calamum arripuit. at nobis ſatis eſt S. Pauli viſus, & doctrina, fortior .n. eſt S. Pauli gladius biceps, quam alterius cujuſcumq; calamus.

S. Paulus viſus pro reformatione Monaſter. quomodo fieri debet non auferendo Cænobia, ſed lapſam diſciplin. ibid. reſtituendo.

Malacenus Conſtantinopoli conjurationis ſuſpectus, ad S. Niconem properat, vt preces ad Dominum pro eo funderet. Rogat Dominum Nicon, & Illuſtriorem forè prædixit, & iterum eum viſurum. Sed dum iſte abijt in aulam, hic è vita Nicon decedit. Cumq; defunctum videre cuperet, completo felici rerum ſucceſſu, nec poſſet, pictor eius vultum vt potuit depinxit: verum cum ad viuum eius imaginem exprimere non poſſet, S. Nicon eidem Pictori apparens dixit: *Me inſpice, ſic pinge*, cumq; ad tabulam inceptæ picturæ oculos dirigeret, S. diſparuit, videt Malacenus S. effigiem impreſſam prototypo aſſimilem, & oraculum de eo rurſus videndo, completum intellexit.

Mira S. Niconis viſio.

S. 11. VN-

§.

11\. VNDECIMVM SECVLVM nec ſuis viſionibus caruit, anno 1024. Epiſcopus Capuanus moritur, ante in itinere obuium ſibi nigrum compellat, erat is Benedictus VIII. ſignificat ſe certum ſalutis, detineri tamen in purgatorio, idq; Domino Papæ ſignificaret, rogauit vt inter pauperes pecunias in arcula ſeruatas, erogaret. Coppenſtein in demonſtr. Hiſtoriæ continuatæ ſecul.9. Idem Benedictus Papa ex Damiano in vita S. Odilonis fol. 331. apparens Portuenſi Epiſcopo, dixit S. Odilonis Abbatis precibus liberandum reſeruari. Indixit Fratribus ſuffragia, eleemoſynas diſpenſat, ſedenti in Capitulo liberatus apparuit, & gratijs redditis diſparuit.

Viſiones ſeculi 11.

Apparitiones anim.

S. Leoni IX. ſui Pontificatus indicia oſtenſa ſunt, viſus ſibi fuit à ſene via aſpera duci, & in ſolio locari, & poſt hæc ſignificatum eſt eidem *poſt quinquennium tibi ſedes dabitur, vt ſis Domino fidelis & prudens*, & jam Romam ingreſſurus audiuit occinentes Angelos: *Dicit Dominus, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis*, ſanctam duxit vitam. Miraculis multis illuſtris, in ſuum lectum ferri leproſum juſſit, & curari, ſed illo diſparente in ea forma non leproſum, ſed Chriſtum exceptum exiſtimatum eſt.

Leoni Nono per viſum Pontificat. prænũciatur.

Eodem ſeculo cum in extremis poſitum Epiſcopum Carnotenſem Fulbertum nomine multi viſitarent, & aulæ capacitas confluentibus non ſufficeret, ille inter tot aſtantium cateruas oculo longè conſpicatus Berengarium, vidit immanem dæmonem propè ipſum conſiſtere, multoſq; aſſeclas

Fulbertus Carnot. per viſum vidit dæmonē Berengario errores inſuſurrantem.

clas

clas ſuos blandiente manu,& illice anhelitu corrũpere. Guglielm. Biblioth. 3. de geſt. Angl. Lantfrancus, Guitmundus, Algerus, Antoninus, Sabellicus, & Vincentius in ſpeculo hiſtoriali atteſtantur,inter ipſum Berengarium, & ſuos auditores nõ ſemel viſum eſt adfuiſſe dæmonẽ. Fuit is Sacramẽtariorum parens,qui pluries relapſus,pluries quoq; palinodiam decantauit ſub Leone IX. Nicolao II. & inSynodo Romana ſub Gregorio. MiraDei prouidentia vt orbis erudiretur quo Magiſtro vſus fuerit in tam horribili diſſeminanda hæreſi,cujus Magiſterio,alterum nactus Parædrum Lutherus eruditus ad oppugnandam tranſubſtantiationem, Miſſæ ſacrificium,vſus eſt, vt libello de hac re edito apertiſſimè conſtat. Hic fuit ille Fulbertus qui obijt an. 1082. & ante obitum viſus eſt mammillas Deiparæ exugere & ſpirituPropheriæ claruit. Andreas Coppenſtein pag. 232.

Idem Fulbertus in viſione vbera B. Virginis ſuxit.

S. Malachiæ apud S. Bernard. in vita eius non ſemel ſuam Sororem defunctam cum in pœnis purgatorij degeret, apparuiſſe deſcribitur, quam tandem frequenti incruenti ſacrificij oblatione liberatam aſſerit.Simile quoddam refertur,nam eidẽ S. Bernardo adhuc viuo vnum ex defunctis Monachis apparuiſſe ſcribitur,qui cum in Purgatorij pœnis laboraret, auxilium S. viri poſtulans,precibus, & ſacrificijs ſancti viri liberatur. quod exemplum narrare ſolitum Bernardum, ſcribit author vitæ S. Bernardi Guglielmus Abbas lib. 1. c. 10.

Viſiones S. Malachiæ.

S. Anſelmus anno integro ſacrificijs celebrandis inſtitit pro amico defuncto, qui tandem Archiepiſcopo apparens,ſe liberatum eſſe pronunciauit.

Viſiones S. Anſelmi.

Digitized by Google

ciauit. lib. 1. vitæ S. Anſel. B. Petrus Damianus, epiſtola adDeſid. ſcribit vt habetur nunc opuſ. 44. cap. 5.

Item B. Seuerini. B. Seuerinum Colonienſem Epiſcopum, apparuiſſe cuidam Presbytero ejuſdem Eccleſiæ, eiq: ſignificaſſe ſe purgatorij flammis detineri, qđ horas canonicas non diſtinctis temporibus perſol-uiſſet, ſed mane omnes recitaſſet, vt poſtea Imperialib⁹ negotijs expediti⁹ vacare poſſet, aliaq; multa ſimilia ibidem recenſet. Plura alia apud Vincent. lib. 23. partis hiſtorialis.

Item Hildegardis. S. Hildegardis plurimarum Nonnarum Mater, ſingulari virtute præcellens, Spiritus S. afflatu diuinarum literarum intelligentiam conſecuta eſt. *Refutantur Centuriat.* Quid Centuriatores? hujus ſeculi viſiones haſce inter fabulas volunt computandas. quod etiã refert Bellarm. cap. 11. de Purgat. colum. 1. l. D. At quis credet tam ſanctos viros in ijs enarrandis deceptos, vel decipere potuiſſe? *ò ſcelus, ò portentum* (exclamem neceſſe eſt cũ Aug. 3. contra Creſcon. Grammaticum. c. 5.) *non* (vt ait quidam) *in vltimas terras deportandum, ſed potius extra omne cælum & omnes terras (ſi fieri poſſit) abigendum.*

§.

Viſiones 12 ſeculi. 12. DVODECIMVM SECVLVM felix & fauſtum hoc anno ſumit exordium. Paſchalis electio per reuelationem factam religioſo habetur, *Electio Paſchalis Papa viſu oſtenſa.* vide Coppenſtein in Hiſtorica demonſtr. ſeculo 12. pag. 268.

Alia de Mauris fugatis. Aragonum Rex 1108. tertiò cum Mauris præliante, viſus eſt repente eques candidus, flammea cruce pectus exornante viriliter certare, vnde

& Mauri

& Mauri fugati ſunt: erat autem S. Georgius in forma equitis, vſq; ad hanc diem Aragonum ſtemma ea crux flammea in albo clypeo.

Berengarius Abbas cum in matutinis Paſchalibus pulſaretur tentatione forti quomodo Chriſtus egredi potuit de ſepulcro; cingulum quo indutus erat repente diſſolutum, & è ſolo illud leuans integrum conſtrictum reperit; & hac voce inſtruitur: *Alia Abbatis Berengarij in matutinis Paſch.*

Sic potuit clauſo Chriſtus prodire ſepulchro.

illico ad Aug. verba cogitanda ſe conuertit dicentis; *non credant hoc qui etiam Dominum per integra Matris virginalia enixum, & clauſis ianuis ad diſcipulos ingreſſum non credunt.* Anno 1 1 2 4. capto Balduino 40. millia cingunt 3000. millia Chriſtianorum in terra ſancta, Chriſtiani indicto jeiunio, præcedente cruce, lancea Domini, & lacte Deiparæ, ſtantes in acie è cælo dilabi immenſam lucem vident, & continuò hoſtes in fugam ſe conuertere cæſis 7000. demerſis 5000. alijs effugatis omnibus, Chriſtianis militibus illæſis. Coppenſtein pag. 271.

S. Petrus Cluniacenſis dictus Venerabilis de miraculis lib. 1. c. 9. frequentiſſimas animarum apparitiones ſuo tempore contigiſſe narrat c. 10. Stephanus, qui & Blancus Abbas S. Ægidij cruciabatur in purgatorio, & apparens cuidam Fratri Bernardo pro tempore exiſtenti Abbati, & omnibus Fratribus, ſupplicabat vt pro ſua liberatione preces effūderent, ſigno dato quod poſt hanc legationem infra octo dies diem clauſurus eſſet extremū, & ab oculis eius euanuit. Infrà hos dies nuncius ſancto fine quieuit, & pro vtroq; Abbas & Fratres *S. Petri Cluniacenſ. crebræ viſiones recenſ.*

ſacrificia & ſupplicationes, & hoſtias obtulerunt. Aliam ſimilem apparitionem recenſet c. 11. Guido Gebennenſis Epiſcopus ex c. 22. ſimiliter poſtulauit, vt Diuinam Majeſtatem placarent orationibus & ſacrificijs, diutius enim à tempore ſuæ mortis pœnas purgatorias ſuſtinuerat.

Miles etiam mortuus ex c. 27. nobili viro nomine Humberto poſt mortem non dormienti ſed vigilanti viſibiliter apparuit, & Miſſarum celebratione, eleemoſynarum elargitione, cum patre ejuſdem Humberti petebat ſubleuari, ſic (ait Cluniacenſis) ad confouendum infideles & dubios de beneficijs & ſuffragijs animabus defunctorum impendendis, voluit diuinitus præmortui corporis ſpiritum, vel imaginem viuentibus apparere.

Admirabilis eiuſdem viſio.

Aliam refert viſionem lib. 2. c. 18. de Priore Monaſterij S. Zenonis, quam habuit de Venerando Matthæo qui fuit Epiſcopus Albanenſis, quod vidit eum habitu Monaſtico indutum, eiq; puerum venuſtæ formæ, qui etiam Regis filius dicebatur, aſtare, librum aureis litteris inſcriptum geſtantem, eoq; aperto & Venerabili Matthæo afferens vt legeret ſuadebat: cumq; illi reſponderet, *quid lucri ex lectione illa reportaturus eſſet*? adjecit puer, *percipies huius libri lectione omnium linguarum notitiam*; qui poſtquam legit, à puero interrogatus de Hebraica lingua, Hebraicè reſpondit, *ſciſcitatus de Græca*, ſimiliter & Græcè reſpondit: & puer, *ſicut in his duabus linguis te peritum probaſti, ſic vniuerſarum diuerſitatem linguarum te noueris aſſecutum.* Ad palatiũ mirabile illicò à puero inuitatꝰ vt ingrederetur, illic innumerabiles Angelici decoris pueros inueniens,

niens cantantes *Halleluia* , & *Benedicamus Patrem*, *& Filium cum S. Spiritu*, in illud ingreſſus eſt ; alijs quoq; ante mortem viſionibus illuſtratus, ex c. 21. gloriam ſibi præparatam vidit.

Idem S. Petrus c. 25. viſionem ſe vidiſſe Romæ teſtatur, apparente enim ſibi venerabili Guillielmo, de quatuor illum eſt ſciſcitatus. *De viſione Dei, certitudine Chriſtianæ fidei , de morte ſua , & de ea viſione* ; reſpondendo, *ſe iam videre Dominum, & de fide nihil eſſe certius , & de morte veneficij ſe fuiſſe ſublatum*, & iterum 2. congeminata viſione eadem cum iiſdem reſponſionibus didicit quoq; quis fuiſſet veneficij author, & quis fuit ex publica atteſtatione, & hominis confeſſione ; non falſam ſed verã viſionem omnino demonſtrauit. *Alia viſio quæ Romæ oſtenſa eſt eidem.*

S. Bernardus miraculis omnia complet, diuinis viſionibus illuſtratus ; nam in viſione vbera Deiparæ ſuxit, & ante mortẽ à Dæmone accuſatus, ad Chriſti merita confugiens & opera reſpiciens, & merita coronãda , quæ ipſius dona erant, in ſpẽ maximam aſſurgens, de hoſte mirabilitèr triumphauit. Eidẽ exprobatio fiebat de cruce ſignatis in bello , occiſis in terra ſancta, ſed apparentes SS. Baptiſta, & Paulus, reuelarunt, pro Chriſto lætos obijſſe , & ex ijs vacuas multorum lapſorum Cacangelorum ſedes eſſe reparatas. *Viſiones S. Bernardi.*

Hoc eodem ſeculo S.P.N. Dominicus Matri (anno 1170.) de eo grauidæ oſtenditur ſub forma catuli facem ore geſtans & ſuccendens orbem. adhuc in baptiſterio in fronte pueruli ſtella micare viſa eſt. *S. P. Dominicus in forma catuli viſus eſt Ioannæ Matri.*

Anno 1191. Cæleſtinus Pontificatus ſui vaticinium

ticinium diù ante aſſumptionem accepit à S. Petro apparente ipſius procuratori pecunias erogaturo. Bzou. in annal.

§.

Viſiones 13. ſeculi.

13. DECIMVMTERTIVM SECVLVM miris viſionibus effulget.

SS. Domin. & Franciſ. per viſum demonſtrãn. ſuſtentare Eccleſiam Lateranen.

S. P. N. Dominicus cum Fulcone adiens Concil. petit à Pontifice ſui Ordinis confirmationem: diſtulit Papa, ſed vbi per quietem reuelante Deo, Lateranum labens à S. Dominico & ſocijs ſuſtentari Papæ oſtenſum eſt, Ordinem confirmat, & Prædicatorum Ordo appellatus eſt. Alter Profeſſor Theologiæ ſeptem ſtellas intrare ſuam ſcholam per ſomnium vidit: & ecce aduenit S. Dominicus cum ſocijs. Oranti per viſum S. Petrus baculum, S. Paulus librum tradunt, cum mandato: *Vade prædica, hoc enim miniſterium à Deo tibi eſt demandatum.* A Deiparæ Dominæ noſtræ manibus ſacrum Roſarij, vel Pſalterij ritum didicit. Annales Prædicatorum. Leander Albertus, & Coppenſtein ſeculo 13. pag. 292. in hiſtor. continuatione.

S. Franciſcus ab eodem Papa petens confirmationem ſui Ordinis p. rejectus eſt; mox vbi p viſum humeris ſimiliter labentem Eccleſiam Lateranenſem vidit, petenti propenſior, inſtitutum confirmat. Viderat in S. Petri Templo Dominicus iratum Iudicem tria tela in Orbem vibrantem, ſed à B. Virgine retardatum, offerente ſe, & Franciſcum Orbem reformaturos, ſequenti die, ignoti antea, inuicem in amplexus ruunt Dominicus & Franciſcus, cui ille; *Stemus ſimul, & nullus aduerſarius præualebit.* Ordo Carmelitarum ab eodem Honorio ab apparente

Digitized by Google

parente Deipara monito confirmatur. ex Annalibus Ord. Præd. & Minor. & Coppenſtein ibidem anno 1227.

Viſiones de aliorum ordinum inſtitutione.

Auguſtinianorum vnionem à Prædeceſſore inchoatam ex viſione qua B. Auguſtinum vidit Alexander IV. confirmauit. Continuator Vincentij lib. 31.

Ioannes Bonus Auguſtinianus per viſum continentiæ donum cum perſeuerantia in finem accepiſſe intellexit. Bergomenſis lib. 12. Moritur 1222.

Iuliana Virgo Leodij leproſis ſeruiens, ex diuina reuelatione accepit de feſto S. Corporis Chriſti Domini inſtituendo. Aliæ quoq; duæ ſanctitate claræ de eodem viſione admonentur. Coppenſtein pag. 294. anno 1230. ſecul. 13.

Florentiæ Ordo ſeruorum B. Mariæ originem ſumpſit, quibus Deipara Virgo cum Angelorum choro apparens, ſub vexillo S. Auguſt. militare voluit. ex eodem ibidem.

S. Heduvvigis Duciſſa Poloniæ obijt apparente ſibi Virginum choro, cum quibus læta abijt in cælos. Coppenſtein ſec. 13. 1243.

Anno 1254. Chartuſienſes eſui carnium renunciarunt, ſed hæſitantibus de retinenda tanta auſteritate, adſtitit per viſum Grandæuus ſpondens perſeuerantiam patrocinante Deipara, ſi quotidie præces horarias in eius honorem perſoluerent. Coppenſtein anno 1254. pag. 296.

Viſio puelli lucidi in hoſtia conſecr.

Pariſijs in eleuatione Hoſtiæ cõſecratæ Puellus pellucidus pleriſque ſpectantibus apparuit. aduocatur ad ſpectaculum S. Ludouicus, qui venire

nire

nire renuit, illud dignum viro ſancto proferens, *Credo, eòq; certiùs video.* ex eodem anno 1260.

Carolus Claudus filius Caroli Regis Siciliæ in prælio captus, omni ſpe liberationis deſtitutus, apparente ei S. Maria Magdalena, vt ſui corporis reliquias ſubleuaret,& Ordini Prædicatorum Monaſterium collocaret,& fundaret,àSancta liberè educitur. anno 1283. ſec. 13. idem Coppenſtein.

Apparitio S. Staniſlai Epiſcopi.

Dum ſacra apotheoſis tractaretur Staniſlai Martyris,Reginaldo Hoſtienſi Epiſcopo ægrotanti, Pontificali habitu indutus ipſe ſanctus apparuit, quem & incolumẽ reddidit, & in albo SS. deſcriptus eſt ab Innocentio IV. Chromerus lib. 9. Hiſt. Polon.

Viſiones S. Petri Martyris.

S. Petrus Martyr ad Chriſti Domini effigiẽ orans aliquando,ſe alloquentem audiuit. eidẽ apparere ſolitæ Virgines cælites.in eius vita,& Leand. Alb. 2. de viris illuſtribus.

Viſio S. Th. Aquinatis.

S. Thomas cum in dubio, & difficili loco hæreret, viſum eſt ſibi Petrum & Paulum Apoſtolos videre,qui eum explanarunt. De vitæ,& ſcientiæ integritate certus redditur à Deipara. Neapoli in Eccleſia noſtra Dominicana (vbi hæc ſcribo) ad imaginem Crucifixi orans, hæc verba audiuit, *Bene ſcripſiſti de me Thoma: quam ergo recipies pro tuo labore mercedem?* & ille: *Domine non aliam præter te.*

Viſiones Mariæ de Ognies.

Claruit hoc ſeculo Maria de Ognies, de qua mirabiles viſiones narrantur. Vidit circa pixidem vbi Euchariſtia aſſeruabatur,puerum ſplendidiſſimum, Solis quoq; lucem exuperantem. Vincentius in ſpec. hiſtor. lib. 30. c. 45. item lucidiſſi-

mos

Digitized by Google

mos radios ex particula Sanctiſſ. Crucis prodeuntes. Ex eodem c. 46. in eleuatione Hoſtiæ ſpecioſum puerum vidit in manibus Sacerdotis, non paucis Angelis cum luminaribus aſſiſtentibus. Ex eodē c. 37. Angelo cuſtode tamquam Magiſtro vtebatur; ad cuius Imperium omnia exercitia ſpiritualia faciebat. Alia mira legenda ſunt apud eundem Vincentium lib. 30. c. 37. & 49. In cujuſcunq; S. feſtiuitate ſolitus erat (cujus officium celebrabatur) ſanctus ille apparere, & cum ipſa familiariter verſari, & ad tantam SS. & Angelorum notitiam peruenit, vt vnum ab altero poſſet diſcernere. Vincentius l. 3. c. 44.

B. Iordanus cum duobus ſocijs Monachis alijſq; perſonis n.90. in peregrinatione ſubmerſus: in mari luminaria, vbi corpus ejus terræ appuliſſet cælitus effulſerunt, & multæ cruces pariter viſæ ſunt. Vinc. lib. 30. c. 137. *B. Iordani apparitio.*

Sed quid Centuriatores? in genere hæc proferunt contra Catholicos, quòd hoc ſeculo *viſiones, ſomnia magnificabant, ſuperſtitiones augebant.* Cent. 13. c. 7. pag. 693. & 694. *Centuriatorum calumnia.*

In ſpecie viſionem ſuſtentationis Eccleſiæ Lateranenſis (c. 10. fol. 1178. col. 2. n. 30.) fabuloſam judicant. Conſimilem de S. Franciſco viſionem de ejuſdem Lateranenſi Baſilicæ dorſo ſubjecto, & ſuſtentatione (c. 10. fol. 1156. col. 2.) diaboli illuſionem nuncupant, ſed more ſuo calumniantes & nihil probantes.

S. Staniſlai Martyris apparitionem ſupra recenſitam inter ſomnia enumerant. fol. 694. col. 2. n. 10.

Digitized by Google

B. Boni viſione deceptum Alexandrum IV. & fuiſſe Diabolicam illuſionē dicunt eadem Cent. 999. col. 1. ſed blaſphemè & impiè.

Viſiones Mariæ de Oegnies inter viſiones, & mendacia introducta dicunt ad cultum & inuocationem SS. ſtabiliendam. c. 13. fol. 1273. n. 10. col. 1. Hæc inania & ventoſa orbi obtrudere putauerunt.

S. Petri viſioni parcunt fol. 1251. col. 1. n. 40. Similiter ei quam habuit S. Thomas de allocutione cum Chriſto eius doctrina probante. pag. 1197. col. 1. n. 10. de qua viſione loquutus poſtea Poza lib. 4. Elucid. tract. vlt. dicit: *Quæ de reuelationibus particularibus adducuntur, ante Apoſtolicam ſedis Rom. approbationem infirma ſunt, vt docuit S. D. 1. p. q. 1. a. 8. liquet hac veritas ex innumeris reuelationibus virorum & fœminarum ad ſpeciem ſanctitatis illuſtris, à quibus S. Vincentius Ferrarienſis præoccupatus, ſæpiſſimè populis euulgauit natum iam ſuo tempore Antichriſtum &c.* Falſo citauit S. Th. vbi enim dixiſſet *neceſſarÿs argumentis* argui ex reuelatis in diuinis ſcripturis, ponit aduerſatiuam; ex *authoritatibus DD.* probabiliter argui, & ponit cauſalem *innititur enim Fides noſtra reuelationi Apoſtolis & Prophetis facta, qui Canonicos libros ſcripſerũt, non autem reuelationi ſi qua fuit alÿs DD. facta.* vbi dicit S.D. duci ex his infirmum argumentum? Probabile forte in ſuo Idiomate Poziano, idem ac infirmum ſonat: majoribus intentus Poza fuit euagatus à diuino officio quo Romana vtitur Eccleſia cum recitabat Matutinum, in vna enim lectione illa viſio & allocutio recenſetur, non poterat dicere

illud

illud officium non eſſe ab Apoſtolica ſede probatum: Non poterat his nugis puerilibus, Magiſtri orbis doctrinam infirmare. Quod nec Poza idem S. Vincentio pepercerit, ſuo loco dicemus cum Alcaſarem impugnabimus infrà p. 2. c. 2. ſat eſt qđ à Principis Apoſtolorum ſucceſſore Vrbano VIII. opera eius proſcripta ſint. *Viſio S. Th. a Poza vindicatur.*

Reuertendo autem ad Centuriatores, certè ex tàm immenſo labore mendaciorum confarcinatorum nullam laudem reportarunt, ſed potius (vt Charactere dicendi vtar Nazianz. in laudem Cypr.) *Delphicas nugas, aut Iſtmicam pinum, aut Nemeaum aprum, quibus miſeri adoleſcentes olim ornabantur, inſectati ſunt, eo nõe miſeri quòd magnorũ laborum caſſa præmia conſequerentur.* Vigilemus contra Cacodæmonem, & eius emiſſarios, ne *aperto Marte nos vulneret, nec obſcuris ſagittis impetat, nec vt caligo bellum inferat, nec Angelis lucis fallat*, veras cum falſis reuelationibus copulando, vel falſas pro veris obtrudendo, & veras veluti fabulas, & commenta reijciendo.

§.

14. DECIMVMQVARTVM SECVLVM diuini numinis afflatibus & reuelationibus decorũ quoq; procedit. *Viſiones 14. ſeculi.*

S. Geltrudis prophetiæ dono repleta eſt, anno 1350. & in ejuſdem Monaſterio multæ Moniales eodem ſpiritu dotatę. Bloſius in Monili l. 1. c. 2. 3. & 4. lib. 5. per multa capita. victoriam promiſit Imperatrici cum filio ſuo Vulielmo cum apud Moſam prælium confecit. plures recenſet Bloſius, & eidem imprimenda vulnera Chriſti Do- *Viſiones S. Geltrudis.*

Digitized by Google

mini, Liolta Virgo altera deuota in Delphenſi Virginum Cænobio multò ante prædixit. Surius 6. Ianuarij. Clemens VI. Iubilęum indixit, apparente illi Reuerenda perſona cum clauibus, & dicente: *aperi oſtium, & ex eo mitte ignem quo caleſiat, & illuminari valeat totus mundus.* celebrauit Pontifex Miſſam, vt ſi viſio à Deo eſſet iterum appareret, ſi autem illuſio penitus euaneſceret: peracta oratione, ſecunda nocte eandem vidit viſionem, & Iubilęum promulgauit. Bzou. 1342. n. 5. ex Alberico de Roſate.

Viſiones S. Brigittæ.

S. Brigitta Romæ exiſtens, de Gregorio XI. tunc electo habuit viſionem, qua jubebatur ei ſignificare; velle Deum vt Romam cum humilitate, & charitate veniret; & in alia viſione determinatum eſt tempus infra quod venire debebatur. Bzouius 1371. n. 17. notiſſimæ ſunt eius reuelationes innumeræ quæ tempore Concilij Conſtantienſis examinatæ fuerunt, atq; probatæ in primis ab illo inſigni F. N. Ioan. de Turrecremata. Eius filia Catherina viſionibus quoq; & prophetico ſpiritu decorata proceſſit. S. Lutgarda ab ipſa pueritia videre meruit (vt alias reuelationes prætercam) lateris Chriſti Domini vulnus ſanguinem emittens, & à S. Catherina Virgine, & Martyre affabiliter conſolatoria verba percipere meruit. Quis omnes enumeret apparitiones B. Virginis, SS. Angelorum, animarum exiſtentium in Purgatorio?

Viſiones S. Catherinæ Senenſis.

Eodem ſeculo illuſtris S. Catherina Senenſis, in huius vita, & libris tot recenſentur, vt dies me deficeret eas enarrantem, viſiones, raptus, ecſtaſes, & in ipſo raptu admirabilem Vulnerum Chriſti impreſſionem

Digitized by Google

preſſionem accepit, quod Pius II. in officio ejuſdē Sanctæ expreſſit, & habetur in Breu. Romano & ſub cenſuris vetuit Clemens VIII. nihil innouandum à contendentibus pingi non debere Sanctam cum ſtigmatibus an. 1599. anno 8. legantur Raymundus Capuanus, Bozius de ſignis Eccleſiæ, Bzouius anno 1381. Lucas Caſtellinus de ſtigmatibus S. Catherinæ Senenſis, &c.

S. Andreas Corſinus, ſanctitate & miraculis clarus. Matri eius in ſomnis viſum eſt ſibi pro homine lupum peperiſſe, qui in Eccleſiam intrans in ouem mutatus eſt, ex cujus hortatu religionem Carmelitarum ingreſſus eſt, præter admiranda exēpla, ſpiritu prophetico etiam claruit. Ipſe quoq; Dominicæ Natiuitatis nocte viſione inſtructus, extremum diem in proximo Menſe 8. Idus Ianuarij, die SS. Luminum fore didicit. ex eius vita & actis canonizationis. *Item S. Andreæ Corſini.*

Anno 1334. Clarus B. Venturinus Bergomenſis Ord. S. Dominici, ex vitæ ſanctitate, & prædicatione inſignis, concurſus populorum immenſus ad eum audiendum confluebat, vt ad numerum quandoq; 40. quandoq; 50. millium multitudo decurreret. Cum ad limina Apoſt. pergeret, triginta hominum millia ſequebantur, ex ore eius videbantur emicare flammæ, & ſcintillæ velut ex candenti ferro diſſilientes. Quandoq; viſa eſt ſtupentibus populis, & acclamantibus, cæleſtis columna candidiſſimi, & fulgentiſſimi coloris. Sæpè alba auis abſque alarum motu dum prædicaret, ſuper populum circum uolitare, veſtimenta ſtellis radiabant, vnde velut Apoſt. auditores eum excipiebant. Bzou. *Item B. Venturini Bergomenſis*

B. Mauritius

Digitized by Google

Viſiones Mauritij Hungari.

B. Mauritius Hungarus 1336. è Regibus Pannoniæ genus ducens, inſtituti Prædicatorij à B. Virgine, qualis futurus eſſet matri prægnanti prædicitur, dum in veſte candidiſſima forma præcellenti in ſomnis apparuit. Poſt eius obitum, Prouincialis Hungariæ cum eſſet Budæ, inſpexit eum in veſte candida ſui ordinis venientem, & vitam degere hac mortali feliciorem. idem.

Item Henrici Suſonis

B; Henricus Suſonius circa hæc tempora viuebat 1336. ſæpè in ecſtaſim raptus. In vna viſione exardeſcens, in nudo pectore cultro nomen IESV exſculpſit, viditq; S. in ſpiritu lucem immenſam, & crucem aureo fulgore rutilantem, & gemmis variegatam quæ nomen IESV præſeferebat cælitus oſtenſum. Aliquando apparuit ei Chriſtus crucifixus in forma Seraphini ſex alis conſpicuus, in ſuperioribus erat ſcriptum, *Diſce pati Chriſto cõformiter*; in medio, *feras crucem æquanimiter*; in vltimis, *afflictionem ſponte ſuſcipe*. Bzouius.

Viſiones Paulæ Camalduenſis

Paula Camalduenſis an. 1368. poſt ſuſceptionem Virginalis flammei, virtutibus floruit, Angelos ſuauiſſimos edentes cantus non ſemel audiuit, Deum O. M. inſpexit ſub Imperatoris ſpecie, in loco ſublimi ſtipatum multis SS. millibus, inter quos erat S. Antonius Patauinus; ſimiliter animã B. Iacobi Gerij Camalduenſis ad cælos conuolantem vidit. ſub ſpecie pueruli, & aliquando ſub ſpecie Paſtoris deferentis ouem ſuper humeros ſuos vidit Seruatorem. Bzouius.

Viſiones S. Nicolai Tolent.

S. Nicolaus Tolentinas hujus ſeculi ductor anno 1306. Prophetijs clarus eius ortus fuit, nam Angelica viſione inſtructi parentes, cum Barium

pergerent

pergerent filium ſuſceperunt, quem Nicolaum appellarunt. Dum hebdomadarij vice ſui Sacerdotij fungeretur, ab anima cujuſdam peregrini ſupplicatum eſt, vt pro defunctis exoraret, oſtenditq; ei in viſu planitiē conflagrantem, & animabus purgandis deſtinatam, exinde Priori viſionem exponit, pro defunctis orare cæpit & innumeras à pœnis purgatorijs liberauit.

§.

QVINTVMDECIMVM SECVLVM illuſtres habuit quoq; diuinis reuelationibus & viſionibus afflatos. *15. Seculi Viſiones.*

S. Vincentius Ferrerius vir Apoſtolicus, pter linguarum donum ſpiritu prophetico claruit. Auenione Chriſtus Dominus illi viſus eſt, amictus lumine ſicut veſtimento ſtipatus agminibus Angelorum, comitatus à SS. Patriarchis Dominico, & Frāciſco, qui ægrotantis Vincentij maxillam tangens, è lectulo ſurgere præcepit, jubens vt in diuerſis Mūdi partibus ſacrum Euangelium prædicaret, & imminentem ſeculi finem, extremumq; judicij diem annunciaret. eidem apparuit S. P. Dominicus, teſtimonium de Virginitate & alijs eius virtutibus perhibens. ex eius Vita. *S. Vincentij Ferrerij ſpiritus proph.*

Claruit eodem tempore S. Bernardinus Senenſis, cujus S. Vincentius prænunciauit cùm ſanctitatem, tùm canonizationem, & ſicut prædixerat prius canonizatus eſt S. Bernardinus, quàm S. Vincentius. Idem S. Bernardinus viſo admirando ad capeſſendum inſtitutum S. Franciſci feſtinat. In Ciuitate Aquilana dum de laudibus Virginis concionem haberet, ſtella ſuper caput eius lucidiſſima apparuit. ex eius vita. *Viſiones S. Bernardini Senenſis.*

S. Anto-

Digitized by Google

S. Antonini & B. Laurentij Iuſtiniani. S. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus in ſublimi contemplatione poſitus, interdum à terra eleuabatur, vt corporis moles, in aere releuaretur, id verò ſemel contigit, cum ante crucifixi imaginem oraret. ex eius vita.

B. Laurentius Iuſtinianus ſpiritu prophetiæ illuſtratur. ex eius vita. c. 4. Moniali per viſum apparens, ei diuinum Euchariſtiæ ſacramentum miniſtrauit, vbi poſt eleuationem ſacramenti raptus eſſet extra ſe, ab oculis tamen præſentium ſacrificio non diſceſſit, donec in ſe reuerſus reliquum Miſſæ perficeret.

Item S. Ladiuiæ. Claruit 1433. S. Ladiuia Virgo, ſuum Angelum cuſtodem videre promeruit, ſic & alios Angelos, ſpiritu prophetico clara, interiora ſecreta hominum penetrabat. Rapi ſæpiſſimè viſa eſt, vt nec carne igne aduſta ſentiret, In ſpiritu ad ſanctorum loca ferebatur, Romæ, Hieroſolymis, Compoſtell. ante mortem Chriſti Domini, Sanctiſſ. Deiparæ, & Apoſtolorum viſitatione digna fuit, & poſt mortem eius quoq; gloria reuelata.

Viſiones S. Franciſci de Paula. Franciſcus Paulanus hoc ſeculo pariter illuſtris, qui tandem plenus dierum diem clauſit extremum 1507. prophetiæ etiam dono illuſtris, nouus ſui ſeculi Thaumaturgus Pontificatũ prædixit Cardinali de la Rouere, qui & Iulius II. vocatus eſt. à Leone X. ſanctorum Cathalogo adſcriptus eſt. ex eius vita.

§.

Viſiones 16. ſeculi. 16. SEXTVMDECIMVM SECVLVM ab anno 1500. fæliciter exordium habet diuinis gratijs gratis datis cumulatum.

Columba

Digitized by Google

Columba Reatina Ord. S. Dominici, ſpiritu prohetico dotata, in contemplatione poſita, ſæpius extra ſenſus rapiebatur. obijt 1501. Leander Albertus. & ex actis eius vitæ. *Columba Reatina, Oſanna Mantuana Stephana Soncina, Catherina de Raconiſio viſionibus illuſtrata.*

Oſanna Mantuana per tres aliquando dies rapta manebat in ſpiritu, vt de Philippo legimus, per aera ad loca remota à terris ſublata cernebatur. Hieron. Oliuet. Seraph. Razzius.

Margarita Fontana ſic rapiebatur, vt obrigentibus membris, immobilis diutius permaneret. anno 1513. Bozius de ſignis lib. 12. 57. c. 22.

Stephana Soncinas cordium arcana penetrabat, futura quandoq; prædicebat, corpus videbatur deſtituere in cælum intenta 1530. Seraphin. Razzius.

Catherina de Raconiſio ſpiritu prophetiæ dotata, ſæpius meditando à ſenſibus abripiebatur; ſupra eius domum ſplendores viſi. obijt 1547. eius vitam deſcripſit Franciſcus Picus Comes Mirand.

S. Ignatius Loiola, cum totus eſſet in contemplandis cæleſtibus, ſic extra ſenſus poſitus erat, vt integris ſeptem diebus ab ijs abſtractus perſtiterit: plurimi interfuerunt, qui eidem parentaſſent, ni è ſtatu corporis erecto, & cordis motu viuentem deprehendiſſent. Maffeius in vita in Hiſtor. Indiarum. *Raptus & viſio S. Ignatij Loiolæ & S. Franciſci Xauerij.*

S. Franciſcus Xauerius prophetiæ dono, & ecſtaſi claruit. ex eodem Maff. Bozio de ſignis. 37. lib. 9. c. 12.

S. Thereſia de IESV, fundatrix tùm Sanctimonialium, cùm Religioſorum Diſcalceatorum Carmelitarum, ad cumulum cæleſtibus viſionibus *Viſiones S. Thereſiæ.*

illuſtrata, multa de his pijſſimis in ſuis libris tãquã Magiſtra ſpiritus de hac materia dictans. obijt anno 1582. ex eius vita.

Item B. Ludouici Bertrandi. Eodem tempore nr̃ B. Ludouicus Bertrandus viuebat ejuſmodi chariſmatibus dotatus, ſicut & B. Nicolaus Factor Ord. S. Franciſci, B. Aloyſius Gõzaga Societatis Ieſu diuinis quoq; viſionibus illuſtratur: quis omnes enumeret? ex eius vita & proceſſibus.

De S. Carolo Borromæo non eſt prætereundum, quòd ad demonſtrandam futuram ſanctitatem illius, diuina lux ſuper parientis matris cubiculum oſtenſa ſit. ex eius vita.

Pius v. (ex lib. 4. de notis veræ Religionis Balthaſ. Cauaſſij c. vlt) diuinitus victoriam contra Turcas partam ad Echinadas Inſulas prædixit.

§.

Viſiones 17. ſeculi. 17. DECIMVMSEPTIMVM SECVLVM præcedentium claudit agmen, vt quoq; ipſum habuerit ſecum diuitem Deum.

In Beatorum albo repoſitus eſt B. Andreas de Auellino ClericorumRegularium, qui an. 1604. à Sanctis Auguſt. & ThomaAqinate per viſum in infirmitate viſitatus & admonitus, vt cum timore, & ſolicitudine ſalutem operaretur. In eius vita. multorum virorum & mulierum proceſſus examinantur Apoſtolica authoritate ſimilibus donis referti, nec publicari poſſunt, niſi virgula cenſoria Rom. Pontificis præcedat.

Vſq; ad vltima tempora viſiones & reuelationes protelandas ſcripſit Bozius de ſignis lib. 22. c. 3. ſig. 93.

Non eſt ergo vt dicatis (Magdeburgenſes) nuſquam tales viſus, apparitiones, viſiones legi; eſſe mera ludibria, & præſtigias Sathanæ. *Non fingimus* (vt in ſimili dicam cum Seneca lib. de conſtantia ſapientis c. 7.) *iſtud humani ingenij vanum decus, nec ingentē imaginē falſa rei concipimus*, ſed qualē narrationem ex Scripturis, Concilijs, Patribus, Annalibus Eccleſiaſticis per ſingulas Eccleſiæ ætates, veridicas hiſtorias habuimus, confirmauimus, & exhibuimus, & exhibebimus. *Raro forſan* (dicet quis ex Seneca) *magniſq; ætatū interuallis inuenitur, neq; enim magna & excedentia ſolitū ac vulgarem modū crebrò gignuntur.* Verū quæ protulimus ſupra naturā, non ex ſua natura, ſed Dei munere diſpenſata ſunt: cūq; idē Deus ſit, idem Euangelium, eadem Chariſmata dedit Eccleſiæ ſicut voluit, quando voluit, quantùm voluit, & quantumuis rara ſint, quandoq; etiam ob id propterea mira, vt blaſphemiæ genus ſit, hæc vt aniles fabellas habere, & tot ſanctiſſimos, ac Deiloquos Patres pro truncis habere, & ſacrilegè exiſtimare, vt uel ipſi prius nænijs illuſi fuerint, vel nobis illudere maluerint potius, quam de veritate informare.

Concluſio contra Magdeburgenſes.

Cap. 3. Quòd hæ reuelationes non clauduntur ſub obiecto fidei Catholicæ; magnam tamen habent authoritatem, præſertim ſi ab Eccleſia probentur, certitudinem tamen fidei non attingunt.

Sententia S. Th. negatiua.

HÆ autem reuelationes vt diſertis verbis fatetur Angelicus 1. p. qu. 1. art. 8. ad 2. nullo pacto intra cancellos diuinæ reuelationis communem fidem, & ſtatum Eccleſiæ concernentis, continentur. *Innititur namq; (ait) fides noſtra reuelationi Apoſtolis & Prophetis facta, qui canonicos libros ſcripſerunt*, & qui ante ſcripturæ conſignationem fidem ore promulgarũt, vt & poſt Euangeliũ ipſum, tàm ſcriptis, vel non ſcriptis inſtitutionibus tradiderunt (vt fusè docuimus t. 1. præſcript. ex Dionyſ. Irænæo, Tertull.) qui addit 2. 2. q. 1. ad 2. inſignia ſingularia ob id in eadem ſcriptura commemorari, vt eorum virorum, per quos ad nos diuina iſta reuelatio proceſſit. lege eundem S.D. q. 2. de virtut. art. 13. ad 6.

Sententia oppos. Catherini & aliorum.

Nihilominùs non deſunt dicentes contineri intra eandem rationem formalem fidei omnia reuelata tam publicà quam priuata. Vega 9. in Trid. c. vlt. Cordoua in q. 17. Catherl. de certit. gratiæ, Bellarm. 3. de juſtific. c. 3. Suarez de fide diſp. 3. ſect. 10. dicit, modificando eas ſententias ex fide Catholica priuatis hominem aſſentiri, ſed nõ vt formaliter Catholica eſt. Malderus eandem tenet ſententiam q. 1. ſect. 5. c. 2. 21. & quidem has reuelationes ad publicam fidem pertinere his argumentis ſuaderi poteſt.

1. Primò quia Prou. 22. dicitur. *cum prophetia defecerit*

defecerit, diſſipabitur populus, at Eccleſia Chriſti non deficiet, non ergo in illa deficient prophetiæ quibus reuelentur diuina myſteria, vt factum eſt antiquis prophetis, vt ſub eodem fidei objecto claudantur. 1. argum.

2. Reuelatio, prophetia, & hujuſmodi dantur Eccleſiæ non ad tempus, ſed vt perpetuò duraturæ. ergo ſicut reuelationes factæ Prophetis & Apoſtolis intra latitudinem Catholicæ fidei continentur, ita & poſteriores prophetiæ, quæ in vtilitatem quoq; Eccleſiæ cedunt. 2. argum.

Confirmat. 1. quia non eſt minus neceſſariũ aliquid reuelari diuinitus, vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis, quam olim fuerit neceſſarium. Confirmatur 2. quia Apoſtolus dicit quòd eundẽ ſpiritum fidei cum Prophetis habemus: *Habentes* (ait) *eundem ſpiritum fidei*, 2. *Cor*. 4. Confirmat.

3. S. Auguſt. docet 10. de Ciu. c. 16. & 26. Angelis reuelantibus aliquid credendũ eſſe, nempè (vt diuinæ authoritati humana cedat infirmitas, eiſq; beatis & immortalibus de vera Religione credamus) qui ſibi honorem non expetunt, *& vni vero Deo deberi ſciunt*. 3. argum.

Confirmatur, quia de facto multa per Angelos reuelata ſunt, quibus fidem habere debebat ij quibus fiebat reuelatio, non autem eſſent adſtricti credere, niſi objectum intra fidei latitudinem contineretur. Añs probat. Luc. c. 1. vbi Zacharias punitus eſt quòd verbis Angeli non crediderit. Confirmat.

4. Ipſis Angelis multa in particulari reuelata ſunt, & dum viatores fuerunt, diuina fide eis aſſentiebantur: ad idem tenebatur Adam de ſibi particulariter 4. argum.

ticulariter reuelatis, multa quoq; particularia fa-
cta credimus, vt quòd Tobias habuerit canem.

5. argum. 5. Per accidens ſe habet ad reuelationem, quòd hoc vel illud pertineat ad communem Religionem & fidem, iſtud vero ad particularia facta; quia vna ſimpliciſſimaq; eſt ratio formalis aſſentiendi diuina fide omnibus quomodocunq; reuelatis. ſimiliter per accidens eſt, quòd pertinentia ad fidem Catholicam, per publicos miniſtros, & præcones oporteat euulgari, non vero per priuatos q.bus particulares reuelationes fiunt; variatio enim inſtrumenti non tribuit majorem vel minorẽ energiam primo agenti.

Sententia S. Th. proponitur tenenda. Sed omnino cum S.Th. ſup. Caiet. 2. 2. q. 1. a. 1. & 3. Valentia diſp. 1. q. 1. puncto 1. Cano 12. de loc. c.3. & alijs dicendum eſt, has reuelationes minimè ſub objecto fidei Catholicæ contineri. verba S. Doctoris ſunt ſupra initio capitis allegata, quæ doctrina quantam habeat firmitatẽ, ſequentibus oſtenditur authoritatibus, & rationibus.

1. argumẽt. ex ſcriptur. Primus locus eſt Epheſ. 2. vbi dicitur, *ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum*, .i. ex S. Th. ibidem lect. 6. *ſuper doctrinā Apoſtolorum & Prophetarum*, hi enim fuerunt miniſtri ſermonis. & c. 4. dicitur quoſdā poſuiſſe in Eccleſia, 1. *Apoſtolos*, 2. *Prophetas* 3. *Paſtores & Doctores in ædificationem Corporis Chriſti*, vbi ſuper reuelata communiter Eccleſiæ Catholicæ fideles ædificatos, & venturos ædificandos ſtatuit Apoſtolus. & Pſ.86. *fundamenta* Eccleſiæ (dicitur) ædificata *in mõtibus ſanctis* in Principibus ſcilicet Eccleſię, Prophetis & Apoſtolis, quorum multi etiam canonicos libros

bros ſcripſerunt, vnde ſubditur. *Dominus narrabit in ſcripturis populorum, & Principum*, & nullo modo ex priuatis hominibus, & ſi diuinitus ſuas reuelationes accipiant.

2. Arguitur ex author. Auguſt. in Enchirid. c. 9. vbi docet credenda eſſe quæ ad religionem pertinent, & hæc non ſunt alia niſi quæ reuelata ſunt Prophetis & Apoſtolis, & quæ ex ijs ꝑ Patres Concilia, Eccleſia ipſa deducuntur & ad credendũ proponuntur. *2. ex auth. SS.*

3. Quia fides Catholica vocatur ex materia vniuerſali Catholica. at reuelationes particulares non continent vniuerſalem materiam ab omnibus credendam; ergo nõ poſſunt contineri intra objectum fidei: & licet multa particularia reuelata fides recenſeat vt de Balaam, & Caipha factum eſt, non ideò illa ad fidem ſpectant, quia illi ea dixerunt, ſed quia publici ſcripturarum amanuenſes ſcriptores canonici, in diuinis & ſacris libris conſignarũt. *3. rationib.*

Confirm. quia alias æquali certitudine oporteret credere reuelationibus SS. Geltrudis, Hildegardis, Brigittæ, & Catherinæ, etiam ſi publicam fidem non concernerent. *Confirmat.*

Confirmatio 2. accedit qđ in quacumq; rectè inſtituta Politia, non quæcunq; ad rempublicã pertinentia, ea priuati homines referunt, ſed publici miniſtri, nec quæcunq; proponunt, ſed communia & publica quæ ad vniuerſitatem, & vniuerſalitatem faciunt. ergo idem dicendum in noſtro propoſito, non quæcunq; priuata à priuatis miniſtris, ſed publica, & Catholica vniuerſaliter recepta, & recipienda, ad fidei objectum pertinent.

Reſpondet

Digitized by Google

Fuga Suarez. Reſpondet Suarez diſtinguendo. ſufficienter propoſita reuelata iſta ex priuata reuelatione, dici Catholica non materialiter,ſed formaliter,materialiter enim ſola propoſita communiter credenda Catholica ſunt, formaliter vero ab eadem fide pendere, & talem reuelationem ad objectum formale fidei ſufficere, & eſſe hunc aſſenſum particularibus reuelationibus præſtitũ eiuſdem ſpeciei cum aſſenſu,quo aſſentitur quicũq; fidelis præpoſitis ad credendũ catholica fide,& ſubdit hanc queſt. eſſe de nomine.

Inſtantia. Contra, quia licet in particularibus reuelationibus ſit vnus actus, nempè credere Deum,adhuc deſideratur ratio formalis credere Deo vt reuelatori articulorum fidei, non vtcumque, ſed vt manifeſtantur, & proponuntur per Eccleſiam, ſaltem vt adminiſtram rationis formalis fidei, & non eſt ita ampla reuelatio vt complectatur quæcunq; & quomodocunq; Deus reuelat, ſed arctior, & reſtrictior;quamuis reuelata per Eccleſiam proponãtur ad credendum: ergo ex defectu rationis formalis non poteſt illa fides dici Catholica, & per conſequens non eſt iſte actus fidei ejuſdem rationis cũ actu fidei Catholicæ.

Confirmat. Confirm. quia fides qua Chriſtiani ſumus & eſt initium noſtræ juſtificationis virtus Theologica eſt,habens Deum tanquam finem vltimum & ſupernaturalem, & pro objecto primario,& ſecundario reſpiciens quicquid à Deo reuelatum eſt, & per miniſtros ſuos credibiliter proponendũ, explicandum, & ejuſmodi. & hæc omnia ſunt reuelata in ſcripturis & doctrina Eccleſiæ, vt quicumq; ad

ea

ea diſcredens, diſcredet à Deo reuelatore articulorum fidei, qui hoc quoq; reuelauit: Eccleſiæ doctrinam eſſe infallibilis authoritatis,& diſcredentem recedere à ratione formali fidei. Præt. 2.2. q. 4. a. 5. cum ſibi correſpondeant finis & objectum, idem objectum fidei quod nunc credimus, videtur in patria. Nullus certè dicet, per aliud objectum à Deo qui eſt objectum per ſe primo creditum, & erit ꝓpter hoc primo viſum, & à cæteris quæ ordinantur ad Deum, (vt ſunt cætera reuelata quæ pertinent ad publicam fidem & ſalutem) ad Deum quoque hæc priuatè reuelata ordinari, & ſint hæc de pertinentibus ad ſalutem, & ad Dei viſionem referri.

Confirm. 2. ipſa fides orthodoxa vt eſt virtus Theologica, eſt communis omnibus membris Eccleſiæ,gratiæ verò gratis datæ inter quæ eſt prophetia, diſcretio ſpirituum,particularium ſunt perſonarum; & ſi ad publicam directionem & inſtructionem Eccleſiæ etiam ordinentur;manifeſtatio .n. ſpiritus datur ad vtilitatem. Aliud ergo debet eſſe objectum fidei, aliud prophetiæ & diſcretionis ſpirituum, vt illud publicum ſit & commune quod à communi omnium fide reſpicitur, aliud ſit peculiare ad particularia facta, & negotia ſe extendens, & ſi etiam in bonam gubernationem & directionẽ Eccleſiæ ordinari poſſint. Hæc ſunt motiua quibus S. Thomæ ſententia verior & credibilior oſtenditur. *Confirm. 2.*

§.

Ad 1. reſpondetur ex S. Th. 2. 2. q u. 172. a. 1. ad 4. quòd non ſolum prophetia ſe extendit ad cognoſcenda diuina myſteria, ſed etiam ad di- *Solutio arg. ad 1.*

 ſcretionem

Digitized by Google

ſcretionem humanorum actuum, & ſecundum hoc prophetia neceſſaria eſt ad populi gubernationem, & præcipuè in ordine ad diuinum cultum, ad quem cum natura non ſufficiat, requiritur gratia. Vel dicendum quod ſi ſit ſermo de cognitione myſteriorum futurorum, hoc fuit ſignum ceſſationis veteris legis, cum prophetia penitus defuit, lex enim & Prophetæ vſq; ad Ioannem.

Ad 2. Ad 2. diuerſimode prophetia, & hujuſmodi dona conceſſa ſunt. Quantum attinet ad reuelationem myſteriorum credendorum, ad tempus ſunt conceſſa donec ea myſteria reuelarentur, ſimiliter & Apocalypſis Ioan. facta eſt in nouo teſtamento ad reuelandas prædictiones futurarum rerum in Eccleſia & in canone ſcripta eſt. Ceſſauit jam antiquitus facta prophetia veterum Prophetarum de Meſſia, prophetantium quæ neceſſaria erant, donec reuelarentur myſteria gratiæ quæ vetera vaticinia figurabant, & ſecundum hunc ſenſum ſcriptum eſt, *lex & Prophetæ vſq; ad Ioannẽ*, omnes enim Prophetæ venturum Chriſtum prædixerunt, quem Ioannes præſentem prædicauit, eorundem quoq; ceſſauit vaticiniorum ratio; quæ fiebant per oracula, per Ephod, &c. ad directionem illius populi qui ad legem gratiæ aptabatur & ordinabatur. Poſt reuelata myſteria gratiæ, non fuit neceſſaria alia prophetia, quia omnia quæ accepit à Patre reuelanda, à Prophetis prædicta, Eccleſiæ nota fecit Apoſtolis Ieſus Chriſtus, nec alia Apocalypſis expectatur ſcribenda poſt Ioannem, cui à Chriſto Domino reuelata ſunt ſecreta cæleſtia. Priuatas verò Apocalypſes dicimus non ad doctrinam fidei ſcribendam,

ſed

Digitized by Google

ſed inſtructionem populi factas & perſonarum, & gratiam gratis datam pertinent, & multi illud donum conſecuti ſunt: Agabus qui futuram famem in orbe prædixit, Act. 11. & Paulum à Iudæis vinciendum, ſimiliter & 4. filiæ Philippi Virgines prophetantes leguntur, Act. 21. & deinceps vt vidim' per ſingulas Centurias non defuerunt nec deerunt perſonæ ejuſmodi ſpiritu dotatæ, non ad fidem manifeſtandam, ſed vtilitatem & directionem actuum humanorum, & ſic aliter & aliter prophetiæ ſpiritus datus eſt. & per hæc patet ad confirmationem, ex alia & alia enim neceſſitate penſanda illa dona ſunt.

Ad 3. ex authoritate S. Auguſtini dicimus eum locutum eſſe de reuelationibus factis Prophetis Angelorum miniſterio & fidem concernunt, ſed ſi loquatur de alijs priuatis reuelationibus loquitur quantum ad inſtructionē, non ad fidem adſtruendam; vel etiam ſi loquatur de rebus ad fidem ꝑtinentibus, non loquitur de ijs tanquam medijs ad primò credendum, ſed ad confirmationem dogmatum aliàs reuelatorum. *Ad 3. arg.*

Et per hæc patet ad 1. confirmationem, quæ melius explanabitur in c. 5. *Ad 1. confirmationē.*

Ad 2. confirmationem. idem eſt ſpiritus fidei noſtrorum, & veterum propter communia reuelata, quibus etiam Theologica fide aſſentiebantur Prophetæ, electi vt publici præcones ea ad poſteros tranſmittendi, quæ vero facta particularia reuelabantur, credere aſtringebantur ij quibus fiebat reuelatio, ſed de hoc inferius. *Ad 2. conf.*

Ad 4. quæ Angelis reuelata ſunt non priuata *Ad 4. arg.*

Digitized by Google

fuerunt, ſed publicam fidem concernentia, communemq; reuelationem, & ex ordine Hierarchico inferior à ſuperiori tanquã publico miniſtro inſtruebatur gradatim accipiendo quæ credenda erant.

Adam publicus Vates humani generis.

Ita & Adam inſtructus eſt de publico myſterio Incarnationis, cum ſopor ſeu ecſtaſis in illum immiſſa eſt, nec enim tantum fuit priuata perſona, quàm publicus Vates humani generis. Similiter cũ Abrahæ dictum eſt: *in ſemine tuo benedicentur omnes gentes*, id tanquam publico quoq; præconi fidei dictũ eſt. Similiter quæ reuelationes factæ ſunt ijs qui fuerunt fidei præcones. Hæc etiam ſubjectiue dici poſſunt priuatæ reuelationes, vnde & in epiſtola Iudæ dicitur certandum eſt *pro ſemel tradita ſanctis fidei* reuelationibus, ceteræ autem reuelationes quæ non attinebant ad communem fidem vel publicam religionem, tàm ſubjectiuè quàm objectiuè, .i. tàm ex parte materiæ, quàm perſonæ, quæ non aſſumebatur vt publicus miniſter, omnino priuatæ dicendæ ſunt ex ſua natura.

Porrò fide Catholica nunc credimus multa particularia facta in ſcripturis deſcripta, quia jã in publicam formam tranſierunt credendi; ſcripta enim ſunt in canonicis libris, licet ſecundariò ex S. Thoma ad fidem Catholicam pertineant, ex eorum namq; negatione fides quoque corruit, ſequeretur namq; ſcripturam eſſe falſam. 2. 2. q. 2. a. 5.

Ad 5. arg.

Ad 5. negatur aſſumptum, ſed eſt differentia illa ſpecificatiua eorum quæ publicam fidem, & priuata facta concernunt. quamuis autem vna ſit, & ſimpliciſſima reuelatio diuina vtraq; manifeſtans, reſpectu tamen noſtri multiplex eſt & in ea ſimpli-

ciſſima

ciſſima ratione reperitur diſtinctio formalis eminẽtialis, ipſaq; veritas reuelans quæ pertinent ad publicam religionem. Ex hac diſtinctione diſtinguitur formaliter eminenter à ſe ipſa dum alia particularia reuelat; & eadem ratio formalis manifeſtans reuelata, primo modo eſt quaſi vniuerſalis continens motiuam veritatem, quaſi vniuerſalem, facta vero 2. modo de particularibus factis motiua eſt veluti particularis. Quare in rigore non eſt vna & præcisè ratio formalis reuelans ſecundum ſpeciem, & ſecundum eundem ordinem ad obiecta. Eademq; veritas prima quaſi modificatur, cum hac vel illa limitatione, reuelando primo, vel 2. modo tam quæ ſunt primi, quam 2. generis. Simile eſt in diuerſis ſcientijs naturalibus quando eandem concluſionem contingit diuerſimodè reſpici. nam V. G. quod terra ſit rotunda materialiter, & ſecundũ genus eandem reſpiciunt concluſionem indiſtinctè & genericè, ſed formaliter ſub ratione cognoſcibilitatis, propter diuerſas rationes formales cognoſcendi diſtinguntur ſpecificè (vt ſunt Aſtrologia, & Phyſica) quia per diuerſa media procedunt ad demonſtrandam eandem concluſionem; ita in propoſito, quia diuina reuelatio modificatur in diuerſis materijs, diuerſa infertur ratio formalis, licet abſolutè & genericè non ſit vna & eadem ſecundum ſpeciem, & in ea ſimpliciſſima diuerſa formaliter, & eminentialiter diſtinctio reperitur. Inſtrumenti verò ratio, nimirum quibus facta ſit reuelatio nullum argumentum vrgens habet, quin varietas & diſtinctio in his diuerſimodè reuelatis non agnoſcatur, aliter enim procedunt publici, aliter priuati miniſtri,

Eadem eſt veritas 1. reuelata tam priuatis quam publicis miniſtris fidei.

Eſt tamen in ea diſtinctio formalis eminentialis.

miniſtri, & quamuis ſint in certitudine pares Deo reuelanti credendum ſtricti ij qui reuelationes accipiunt, in authentici tamen ratione diſſimiles ſũt; publici enim miniſtri repelli non poſſunt, priuati refutari poſſunt. Quare ſimiliter diuina reuelatio diuerſimodè modificata cernitur in inſtrumentis, ꝑ quæ diuina deſcendit reuelatio, & diuerſimodè ſecundum ea quæ reuelantur eadem diuina reuelatio attemperatur.

Cap. 4. *Quo lumine humanus intellectus prædictis reuelationibus aſſentiatur.*

QVali autem lumine priuatis his reuelationibus intellectus aſſentiatur, operoſius inquirendum eſt; cum enim hæ nequeant cognoſci naturaliter, aliquod lumen aſſignandum eſt quod eleuet intellectum vel confortet ad eliciendũ ſupernaturalem aſſenſum, qui ex natura ſua æqualis certitudinis eſt cum aſſenſu elicito ex fide diuina, vt nequeat fluctiuagæ & humanæ fidei vllo modo competere.

Quidam dicunt intellectũ aſſentiri illis reuelat. ex fide.

Authores primæ ſententiæ reponentes intra cancellos fidei Theologicæ ejuſmodi particulares reuelationes ex aſſenſu fidei Theologicæ intellectum aſſentiri eiſdem conſequenter dixerunt.

Fundamẽt. hujus poſitionis.

Fundamentum 1. quia idem eſt motiuum aſſentiendi, & eadem ratio formalis, & accidit reuelationi quod ſit priuata, vel publica, vel fiat per publicos præcones, vel per priuatam perſonam, hoc enim pertinet ad conditionem, vel applicationem objecti credibilis, quæ cum non ſit eſſentialis ſed accidentalis, nullo modo pertinet ad motiuum formale,

male,

male, etiam fides humana eiuſdem eſt ſpeciei, tam ſi priuatis quam publicis aſſertionibus, quis aſſentiatur, idem enim eſt motiuum humanum videlicet teſtimonium. Et ex parte objecti accidit quod ſit aliquid particulariter, vel vniuerſaliter reuelatum. ergo &c.

2. Si eſſet aliud lumen à fide Theologica diſtinctum plures oporteret conſtituere infidelitatis ſpecies, at vnum vni contrariatur, nempè hæreſis fidei Theologicæ, certum autem eſt quod qui diſcrederet Deo reuelatori particularium reuelationum eſſet Hæreticus, ergo eodem lumine contrario hæreſi, quis aſſentietur vtriuſq; generis reuelatis. *2. Fundamen. dicti modi dicldi*

Alij dixerunt aſſentiri his reuelationibus intellectum ex ſpiritu prophetiæ. Fundamentum quia hæ reuelationes plerumq; futura reſpiciunt, & quæ ab humana notitia procul ſunt. *Quidam ex dono intellectus vel conſilij.*

Alij dicunt ex dono conſilij, vel ex dono ſapientiæ intellectum humanum aſſentiri reuelationibus ejuſmodi, vel ex prudentia infuſa, id videtur dicere Valentia 2. 2. q. 1. diſp. 1. punct. 1. & propterea Sara, Zacharias, reprehenſi qui non propter infidelitatem, ſed propter imprudentiam dictis reuelationibus credere detrectarunt.

Alij tandem dicunt aſſentiri quemlibet ejuſmodi reuelationibus priuatis ſibi factis per particulare lumen inditum à Deo, non per modum permanentis, ſed per modum tranſeuntis, ſiue ſit lumen propheticum, quod eſt reſpectu corporalium, quæ per intellectũ creatum comprehendi poſſunt, reſpectu alicujus veritatis ſupernaturalis, cujuſmodi reuelationes non fiunt amplius hominibus. hanc viam ſequitur Bannes 2. 2. q. 1. c. 1. dub. 3. *Quidam ex lumine particulari indito.*

Diuerſo aſſenſu quis aſſentitur particulari reuelationi, ab eo quo aſſentimur veritatibus fidei cathol.

PRIMA ASSERTIO, contra primum dicendi modum. Non eſt idem ſpecificus aſſenſus quo aſſentimur catholicis veritatibus ſupernaturalibus, ac aſſenſus ille quo quis aſſentitur veritatib⁹ ejuſmodi facta particularia concernentibus. Probatur ex authoritate S. Thomæ dicentis 2. 2. q. 5. a. 3. objectum formale fidei eſſe veritatem primam ſecundum quod manifeſtatur in ſcripturis ſacris,& doctrina Eccleſiæ : & communiter dicunt DD. veritatem primam eſſe rationem formalem per Eccleſiam loquentem : at in particularibus reuelationibus non cernitur reuelatio primæ veritatis per Eccleſiam, ſed immediatè fit à Deo, alterius ergo rationis eſt iſte aſſenſus à primo.

Confirmatur, quia non poteſt fieri vt aliqd pertineat ad fidem Catholicam, & non reſpiciat quod vbique, quod ſemper,quod ab omnibus creditum eſt, id enim ſonat nomen Catholicum. Lerinenſis lib. contra prophan. vocum nouit. c.3. S.Th. opuſc. 70. & propterea priuata reuelatio non poteſt obtrudi tanquam pars doctrinæ Catholicæ,vt à tota Eccleſia credatur. ergo cum in his priuatis reuelationibus deſit ſufficiens propoſitio,multum deeſt vt illis diuina,& Catholica fide aſſentiamur.

Euaſio.

Dices (& eſt reſponſio Malderi) eſſe rationem aſſentiendi veritatem primam in ſe ſine alio legato vel nuncio,& id quod dixit S.Th. veritatem habere ex ordinaria via & quo ad nos, nēpè quòd Deus per Eccleſiam veritates manifeſtet; nam & ipſis Prophetis, & Apoſtolis per ſe ipſum Deus reuelando ſuppleuit abſq; voce Eccleſiæ miniſteriali.

Inſantia.

Sed contra. Quia neq; ex priuilegio fieri

poteſt

poteſt vt particularibus perſonis reuelentur tanquam veritates ſupernaturales, & vt pertinentes ad communem religionem, niſi illi fiant publici miniſtri ſermonis, quod non eſt amplius expectandum poſt reuelata myſteria gratiæ. Ipſiq; Apoſtoli ne daretur proceſſus in infinitum, non indigebant propoſitione Eccleſiæ, qui in teſtes ne dum auritos, ſed de viſu eligebantur, in atteſtante Deo cognoſcentes omnium quæ reuelabantur veritatem, quam nationibus omnibus credendã proponebant. non ergo eodem lumine fidei Theologico his priuatis viſionibus aſſentitur perſona illa cui fit reuelatio. *S. Th. 3. c. Gentes c. 40.*

¶ QVÆRES an ſaltem dici poſſit in ejuſmodi reuelationibus fieri aſſenſum, ſi non fidei Catholicæ quæ communis eſt omnibus, ſaltem per aliam particularem fidem.

Dubitatio an fide particulari quis aſſentiatur particularibus reuelatis.

Affirmat Soto 3. de natura & gratia c. 12. in 3. argumento. Verum ne videamur introducere duplicem fidem quam introduxit Catherinus, aſſerens, poſſe vnumquemq; eſſe certum de ſua gratia, non certitudine quidem fidei Catholicæ, ſed cujuſdam particularis, & priuatæ, (quod Decretis Cõcilij Trident. aduerſatur, ſolum ex reuelationis priuilegio talem certitudinem cauſari poſſe admittentis) ex doctrina S. Th. pro ſaluando Soto, ſciendum eſt, fidem illam quæ ponitur inter gratias gratis datas, diſtingui à communi fide quæ eſt Theologica, & omnibus communis, & in hunc ſenſum particularis dici poſſet, & ex eodem S. 1. ad Cor. 12. dum explicando gratias gratis datas, inter quas ab Apoſtolo recenſetur fides, ait: *non autem hic accipitur pro fidei virtute, quia hæc eſt communis omnibus*

M *membris*

Digitized by Google

membris Chriſti, ſed pro ſermone fidei, vel pro certitudine fidei, quam aliquis habet excellenter. vbi quid peculiare inſinuat, non omnibus commune, fidemq; Theologicam ſupponit ex alijs interpretibus, & eſt miraculorum mater, ingentemq; inuoluens fiduciam &c. exemplum eſſe poteſt de donis quæ ſupra ſenſum virtutum ſpecialẽ modum addunt 1. 2. q. 8. ita dici poteſt ex particulari modo, & illius ratione fidem recenſeri inter gratias gratis datas, & tanquam diſtinctum membrum contradiſtingui à communi virtute Theologica, quatenus ne dum cum omnibus Chriſtianis credit veritatibus ſupernaturalibus pertinentibus ad Eccleſiæ dogmata, ſed addit particularem modum mox explicandum, quo illuſtratus intellectus habentis reuelationes particulares, Deo reuelatori aſſentitur.

Differentia inter fidem Cathol. & fidē particul. vt eſt gratia gratis data.

Ex qua doctrina apparet diſtinctio inter vtrãque fidem Catholicam vel peculiarem (quam dicit Soto) vel inter Catholicam vt fides Theologica, & vt gratia gratis data eſt; illius enim ſi obiectum ſpectes qđ eſt materiale, eſt Deus ſub ratione Deitatis, particularis verò eſt aliquod temporale, vel ſaltem abſtrahens à temporali & æterno. rurſus cauſaliter diſcrimen eſt inter vtramq; fidem, Catholica enim originatur à prima veritate tanquã cauſa vniuerſali ad perſonas vniuerſales & publicas, & ad obiecta vniuerſaliter credenda ſe extendendo, per eaſdem publicas perſonas tanquam per publica inſtrumenta proponente: fides verò particularis innititur Deo reuelatori ſecundum aliquẽ modum, videlicet, vt habet rationem, & modum cauſæ vel motiui particularis: & tandem hæc fides

particularis

particularis à Catholica illa differt, quia (exceptis Apoſtolis,& Prophetis qui fuerunt miniſtri ſermonis, & oportebat eſſe teſtes auritos,& de viſu) non exigit hæc viſionem in atteſtante ; illa verò particularis exigit omnino (vt quis prudenter aſſentiatur) cognitioně euidentem, videlicet quod Deus ſit ille qui loquitur,vel reuelat, non enim induceretur obligatio ad credendum ſine tali euidentia, ne detur locus Diabolo transfigurantis ſe in Angelum lucis, vt clamat Apoſtolus 2. Cor. 11.

Et per hæc patet ſolutio ad 1. argumentum primi modi dicendi ex dictis cap. præcedenti. *Soluitur fundam. 1. modi dicēdi*

Ad 2. erit queſt. ſpecialis in cap. ſequenti.

SECVNDA ASSERTIO. Non cauſatur hujuſmodi aſſenſus formaliter ex dono ſcientiæ, vel ſapientiæ, vel prudentiæ, quia ex S. Doctore 1. 2. q. 68. a. 1. 2. 3. ratio formalis ejuſmodi donorum conſiſtit, vt mens hominis ſit facilè mobilis à Spiritu S. circa agenda heroica. In ſpecie non cauſatur ex ſcientia, vel ſapientia quæ verſatur circa cauſam altiſſimam, hæc enim dona fidem ſupponunt, & ad fidem ordinantur. ex S. Th. loc. cit. ſup. ad Corint. ſimiliter nec cauſatur ex prudentia infuſa, 2. 2. q. 47. a. 2. nam prudentia eſt recta ratio agibilium, conformiter ad appetitum,hos autem actus non elicit intellectus in aſſenſu talium reuelationum. Accedit qđ prudentiæ infuſæ ex S. Th. 2. 2. q. 1. a. 3. poteſt ſubeſſe falſum, & tali lumini inclinanti ad ejuſmodi aſſenſum,non poteſt id attribui nec practicè, nec ſpeculatiuè. Nec cauſatur ex dono conſilij,nam hoc donum, ſicut & prudentia infuſa,ad praxim ordinatur. Tandem omnia *2. Aſſertio, ſoluitur 2. fundamētū*

Digitized by Google

dona,& virtutes infuſæ gratiam ſupponunt quam comitantur,& ſolum ſunt in hominibus juſtis. 1. 2. q. 68. a. 5. ad 1. at multis peccatoribus factæ ſunt, & fiunt hujuſmodi reuelationes particulares, vt patet de prophetia, &c.

3. Aſſertio. Non fit talis reuelatio ex lumine prophetico.

TERTIA ASSERTIO præcisè, & abſolutè non fit ex lumine prophetico. Probĩ, quia lumẽ propheticum plures habet ſpecies quæ diſtinguntur penes diuerſitatem luminis, ex S. Th. de verit. q. 12. a. 13. & 2. 2. q. 178. a. 3. mediũ enim quodcumq; ſpecificat, & diuerſificat diuerſos gradus cognitionis:& q. 171. a. 4. in corpore vbi cum diuerſa objecta poſuiſſet quæ prophetico lumine cognoſci poſſunt, concludit, non eſſe opus quod omnia prophetabilia propheta cognoſcat,ſed quilibet eorum cognoſcit ex eis ſecundum aliquam ſpecialem reuelationem hujus vel illius rei: ſecundum ergo ſpecialem reuelationem cognoſcuntur futura, vel præterita, vel quæ procul ſunt à notitia hominum, vel cogitationes cordis,&c. q.171. a. 3: & prophetia vt contra diſtinguitur contra alias gratis datas, (ex reſponſione ad 1.)ſolum reſpicit ſecundum qđ *propriè* (ait) *ſignificatur nomine prophetiæ, futuros euentus*,ex definitione Caſſiodori, ergo ſecundum graduationẽ reuelationum,& prophetiarum oportet aſſignare non vnam rationem formalem luminis genericam, ſed velut ſpecificam, eminentialiter cõtinentem graduum prophetiæ diſtinctionem ex difformi luminis receptione, de qua re cum tractabitur de prophetia latius, in diſceptatione de modo reuelationis, lib. 3. c. 5. in 4 aſſertione.

Specialis ergo reuelatio, vel de abſentibus,

vel

vel de præſentibus, vel de occultis, vel de intelligentia myſteriorum, & hujuſmodi, ex ſpeciali lumine prophetico habetur, per quod particularibus reuelationibus juxta eorum materiam quis aſſentitur.

Lumen illud non eſt habitus, ſed diſpoſitio vel illuſtr.

QVARTA ASSERTIO. Hoc lumen, & illuſtratio non eſt aliquis habitus, ſed habet rationem ſupernaturalis cujuſdam diſpoſitionis, ſeu illuſtrationis, ſicut factum eſt in alijs Prophetis, & in raptu Pauli. Probř quia cũ particulari objecto, vel in tali materia quis aſſentitur, non vtitur tali illuſtratione cum vult, ſolis enim habitibus vtimur dũ volumus; non ergo ex dono permanenti accidit, & ſecundum hunc modum quia prophetiæ lumen ex S. Th. 2.2. q. 171. a. 2. non eſt donum permanens, ſed illuſtratio ad modum tranſeuntis, hæ particulares reuelationes lumen propheticum habere dici poſſunt, quamuis lumen propheticum vniuerſalius habeat objectum, hæ verò particulares reuelationes propter diuerſam materiam, diuerſam quoq; illuſtrationem exigunt. Hinc elicitur quod cum ſit hæc iluſtratio impreſſio, alia ab habitu fidei infuſæ, quod talis actus ab illa non elicitur, & in certitudine parificantur actus eliciti à tali lumine, & habitu fidei propter eandem certitudinem, & propter generale motiuum aſſentiendi, nempè veritatem primam, ſed ſpecifica diſtinctio eſt propter diuinam rationem formalem modificatam penes diuerſum reſpectum ad reuelata diuerſimodè concernentia commune vel particulare bonum, vnde ſpecificatio quoq; oritur, quod lumen fidei Catholicæ habituale eſt, hæc vero impreſſio actualis illuſtratio.

Digitized by Google

Cap. 5. Quod ſub pœna infidelitatis atq; perfidiæ, is cui tales reuelationes factæ ſunt, vbi conſtat de atteſtante Deo, illis aſſentiri teneatur.

Opinio dicentium diſcredentem ejuſmodi reuelationibus eſſe hæreticum.

1. HOc punctum diſcutiendum eſt propter authores relatos ſupra c. 4. in primo dicendi modo, qui dicebant propterea ſub fidei Theologicæ habitu claudi iſtos aſſenſus, quia diſcredens talibus reuelationibus ſibi ipſi priuatè factis, hæreticus eſt, proinde oppoſitum cui hæreſis contrariatur Catholica fides eſt. Sed nos dicimus hæreticum quidem eſſe diſſentientem vel hæſitantem, & tamen aſſenſum contrariũ non procedere ab habitu fidei, quæ quomodo cohærere poſſint, explanabitur.

Sententia Valentia contrarium aſſerens.

Et de primo, (quicquid Valentia dixerit, nempè diſcredentem ejuſmodi peccare contra prudentiam infuſam) dicendum eſt peccato infidelitatis atq; perfidiæ peccare.

Deciſio queſtionis.

2. PRIMA ASSERTIO. Et quidem ſi rem altius ordiamur, ſi ſermo ſit de antiquis Patriarchis quibus priuatim fiebant ejuſmodi reuelationes, dicimus credere debuiſſe ejuſmodi reuelationibus, & diſcredere fuiſſet hæreſis. probatur hæc aſſertio, nam & ſi ſubjectiuè, hoc eſt reſpectu perſonarum quibus fiebant hæ reuelationes priuatæ quodammodo dici poſſent, V. G. cum dicebatur Abrahæ, *in ſemine tuo benedicentur omnes gentes*: & cum dictum eſt Zachariæ: *& naſcetur tibi filius*, objectiuè tales reuelationes ad myſteria fidei referebuntur, ex Orig. lib. 4. in Ep. ad Rom. etenim ex Aug. 16. de Ciuit. Dei c. 16. & 23. ſeminis illius multiplicatio multitudinem fidelium deſignabat, commu-

nis

Digitized by Google

nis ergo erat objectiuè illa reuelatio pro tota Eccleſia; lege S. Proſperum lib. de prædict. & promiſſ. & quod dictum eſt Zachariæ, illa reuelatio objectivè communem ſtatum, & publicam Eccleſiæ fidem reſpiciebat, nam apud Luc. c. 1. pro populo oraſſe legitur,& ad id reſpexit oraculum Angeli dicẽs: *multos filiorum conuertet ad Dominum.* imò dicimus quod etiam ſubjectiuè publici præcones erant, & non priuati, diuinorum myſteriorum vates, interpretes, promulgatores, & diſcedere, fuiſſet peccatum infidelitatis contra virtutem fidei Theologicæ; vnde & Zacharias non tantum imprudenter, vt dicebat Valentia, ſed etiam hæſitans, incredulitatis peccato notandus, vnde in pœnam amiſit organa vocis: *pro eo quod non credidiſti verbis meis, eris tacens vſq; ad tempus &c.* idem dicendum eſt de alijs Prophetis quibus fiebant hæc oracula; Quod ſi reuelatio illis facta fuiſſet non de rebus pertinentibus ad communem fidem, nec illis tanquam publicis præconibus, idem dicendum eſt ac de alijs quibus ejuſmodi reuelatio facta eſt, vnde ſequens aſſertio ſtatuitur.

3. SECVNDA ASSERTIO. Omnibus, & ſingulis cujuſcumq; ſtatus ſi fiant ejuſmodi reuelationes, præcepto diuino mandatum eſt firmiter aſſentiri reuelatori Deo, vbi conſtiterit Deum eſſe reuelatorem & atteſtantem. probatur, quia diſcredere reuelatori Deo, eſt diſcredere à ratione formali fidei, non enim habetur tunc Deus vt infallibilis veritas in dicendo. & ratio formalis fidei, fidẽ vt virtus Theologica eſt, ſpecificat. Et non opus eſt recurrere ad quorundam diſtinctionem de duplici

plici fide Theologica & priuilegiata, vna enim eſt ratio formalis credendi, quæ vt ſupra dictum eſt, licet vna ſit & ſimpliciſſima, & formalis,& præciſè, & in genere dicatur *credere Deo*, multiplex tamen eſt eminentialiter, & modificatur, & ſpecificatur penes diuerſum ordinem ad objecta reuelata, tam publicam fidem quam priuata facta concernentem. quomodocunq; ergo contingat peccari contra rationem formalem fidei, peccatum infidelitatis incurritur.

Difficultas. Sed quomodo inquies poteſt eſſe peccatum hæreſis diſcredere reuelationi factæ particularibus, cum aſſentiri non procedat ex habitu fidei, ſed ex illuſtratione per modum paſſionis tranſeuntis: certè vnum non niſi vni cõtrariatur, & diſcredere duobus contrariaretur fidei,& illi illuſtrationi per modum paſſionis tranſeuntis.

Pro explicatione, de 2. puncto aliquid dicere opus eſt, quomodo hæc poſſint cohærere, vt diſcredere ſit peccatum hæreſis, & credere non procedat ab habitu fidei Theologicæ.

Reſolutio & enodatio Sciendum ergo eſt, quod ad habitum fidei Theologicæ requiritur non ſolum ratio formalis qua credendum eſt, & eſt credere Deo vt primæ veritati, ſed etiam vt id quod creditur ſit de communiter reuelatis, & ad publicam fidem pertinentibus, & vnum ſi deſit, non erit aſſenſus fidei Catholicæ, ſed benè ſi deſit ratio formalis, diſſenſus poteſt eſſe actus infidelitatis. cujus ratio inde accipi poteſt, quia ex S. Dionyſio, *bonum eſt ex integra cauſa, malum ex quocumq; defectu.* cum credere ergo actus bonus ſit, requiritur & ratio formalis, &

materialis;

materialis ; diſcredere verò cū ſit actus malus, poteſt accidere ſi vnum deſit, nempè ſi deſit ipſa ratio formalis credendi : exemplum eſt, ſi quis putet aliquid eſſe definitum ab Eccleſia, & non ſit re vera definitum, aſſentiendo, non habet aſſenſum elicitū ex habitu fidei, deeſt enim objectum materiale, qđ reuera oportet eſſe reuelatum, ſed ſi actum eliciat diſcredendo, putando eſſe definitum, peccat peccato hæreſis, nam venit contra rationem formalem, fidei diſcredendi Deo per Eccleſiam proponenti : ita in ſimili, ſi quis credat reuelationibus priuatis, quia non ſunt ad publicam fidem pertinentes, non elicit aſſenſum ex habitu fidei, & deeſt materiale ; quia tamen diſcredit Deo vt reuelatori talium particularium factorum, negat Deum eſſe primam veritatem, deſtruendo motiuum, & formale fidei, quod virtutem Theologicam ſpecificat, & cum vna & eadem ſit ratio formalis, eminentialiter tamen multiplex, ſecundariò ſaltem virtuti Theologicæ opponitur, & deſtruit ejus formalem rationem, & ſi primariò non opponatur Deo vt reuelatori veritatum quæ ad communem fidē pertinent. *Pulchra explicatio.*

Proinde quamuis vnum vni contrarietur, (ex quo deducebatur ab opponente hæreſim, vel non contrariari niſi virtuti Theologicæ, vel ſoli illi illuſtrationi per modum tranſeuntis) nihilominùs vni, & eidē duo poſſunt contrariari ex diuerſo modo & ordine, penes quam diuerſitatem duo poſſunt ſpecie diſtingui, (nempè habitus fidei Theologicus & diſpoſitio, & illuſtratio illa ad aſſentiendum particularibus reuelatis) & per hæc diſſoluuntur omnes difficultates propoſitæ. *Quomodo vni duo poſſunt contrariari.*

N Quomodo

Quomodo verò ſi ab Eccleſia proponerentur ejuſmodi reuelationes, illis eſſet aſſentiendum, tractabitur in ſequenti difficultate.

¶ *DIFFICVLTAS GRAVISSIMA.*

Qua certitudine aſſentiendum ſit eiuſmodi priuatis reuelationibus, ſi ab Eccleſia probari contigerit.

1\. MVltas reuelationes in Eccleſia probatas legimus à Sede Apoſtolica.

Multæ viſiones eiuſmodi approbatæ ab Eccleſia.

Cum viſionum liber S. Hildegardis ad Archiepiſcopum Moguntinum perlatus eſſet, ad Papam Eugenium III. deferri voluit, illius probationem vel refutationem expoſcens, qui diligenter hæc examinari ſtatuit per duas delegatas perſonas, & ad S.Sedē, quæ audirent & reperirent, referrent, & præſentatis ſcriptis B. Hildegardis, Papa præſentibus Cardinalibus, & alijs de Clero, ipſoq; etiam S. Bernardo (qui eundem ſollicitabat, & monebat ne ſilentio iſta chariſmata obuoluerentur) ſua authoritate licentiam dedit Hildegardi proferendi quæcūque per Spiritum S. cognouiſſet, & eam ad ſcribendum animauit. de his oraculis meminit Sareberienſis I. ep. S. Th. ep. 171. in fine. vide Baron. anno 1148. Reuelationes quoq; S. Brigittæ, vt dicit noſter Card. de Turrecr. poſt prologum in I. c. dicit inde haberi *reuelationes B. Brigittæ eſſe diuino ſpiritu inſpiratas, quod magnorum virorum, & etiam ſummi Pontificis iudicio approbatæ ſint.* Quæritur ergo qua certitudine ejuſmodi recipiendæ ſunt cum publicè proferuntur, & authorizantur.

2\. PRIMA ASSERTIO. Cum ejuſmodi viſiones

Digitized by Google

ſiones authenticantur à Pontifice, magnam hñt authoritatem. Probatur, quia D. Dionyſ. Areopag. de Eccleſiaſt. Hierar. c. 1. ait, quòd omnis *ſacra Hierarchia perficitur à ſummo Hierarcha Deo*, participando chariſmata ſecundum quod deificatur per quandam cum Deo conformitatem, vt poſſit tradere diuina ſecundum capacitatẽ,& diſpoſitionẽ ſubditorum,qui majorum juſſionibus acquieſcant. participat ergo ſummus Hierarcha noſter non tantũ diuinum motum cum credenda proponit,ſed etiam cum ſpiritus examinat.

Confirmatur 1. quia Deus non deficit in neceſſarijs, ergo opus eſt vt illuſtretur ſummus Hierarcha cum viſiones probat vel improbat. vnde Chryſoſt. hom. 29. in 1. ad Corinth. dixit [*diſcretio ſpirituum ſignificat cognitionem quis nam ſpiritualis ſit, quis non, qui Propheta,& quis deceptor &c. nã multa tunc falſorũ prophet. differẽtia erat,cùm Diabolus cum veritate,mendacium confundere niteretur.* ſi tunc ergo neceſſaria erat iſta diſcretio, at nunc cum malitia excreuit, & in infinitum multiplicati ſint, & in dies multiplicentur viſionarij, deſtituetur hac illuſtratione, neſciendo diſcernere inter probabiles viſiones, & Diabolicas illuſiones? *Tales viſiones probatæ habent authoritatem.*

Confirmatur 2. ſi ob particularem finem dantur eiuſmodi chariſmata, & gratiæ gratis datæ, an propter vniuerſale Eccleſiæ bonum, & puritatem religionis denegabitur capiti Eccleſiæ ejuſmodi diſcretio? ſublimiori directione, & inſtinctu, & motione primi agentis magis dirigitur quod magis proximum eſt primò agenti, ejuſq; influxu magis perficitur. at magis Deo propinquat in directione

Digitized by Google

Eccleſiæ ſummus Pontifex,quam quæuis & ſi ſancta perſona priuata, ergo &c. & cum dicat Albertus M. de cæleſt. Hier. actus hierarchici, quia dantur ad perfectionem Eccleſiaſticæ Hierarchiæ,quãuis in inferioribus miniſtris diſperſi inueniantur,in ſupremo vniuntur, rationabile eſt, vt cum in multis membris Eccleſijs gratiæ gratis datæ diſcretionis ſpirituum reperiuntur, eminentius reperiantur in primo & ſupremo, cum ſit in Eccleſia neceſſaria ſpirituum iſta diſcretio,vt explicatum eſt.

Non proponuntur de fide credẽdę.

3. ASSERTIO SECVNDA. Cum hæ reuelationes probantur ab Eccleſia, non probantur vt illis certitudine fidei aſſentiamur, ſed vel vt probabiles recipiantur, & judicio prudentiæ infuſæ aſſentiamur.

Prima pars probatur,nam cum proponuntur, non proponuntur tanquam contentæ in objecto materiali fidei,& Eccleſia non condit nouos articulos fidei, nec poteſt id qđ ſub objecto fidei non eſt, ſtatuere vt ſub cancellis fidei concludatur.

Confirmatur ex S. Th. 2.2. q. 164. a. 6. ad 2. vbi dicit,*non deſunt Eccleſiæ,nec defuerunt aliqui prophetiæ ſpiritus habentes, non quidem ad nouam doctrinam fidei depromendam, ſed ad humanorum actuum directionem.*] & exemplificat de prophetia Ioannis Eremitæ de prædictione victoriæ facta Theodoſio Auguſto, ex S. Auguſt. 5. de Ciu. Dei c. 26. non ergo ſub fide claudebatur illa prædictio,etiam ſi illa prophetia conteſtata eſſet majori probatione, quam Auguſtini.

Secunda pars probatur, quia ex PP. &c. prudenter ſatis credimus,ſi eas reuelationes recipimus,

& non

Digitized by Google

& nõ improbamus; multò magis hę recipiendę ſunt, & magnum prudentiæ ſignum, & actus prudentiæ recipere quę tanta diligentia quærũtur, & non reijci mandatur, vt patet de reuelationibus ſup. cit. Et per hæc patet reſponſio ad objecta, nam vt patet ex citatis authoritatibus Eugenij & Turrecrematæ. Quòd ibi ſtatutum eſt, non eſt ſtatutum vt de fide recipiantur, ſed quod in illis nihil continetur abſonum fidei vel bonis mòribus, cæterum quantum ad particularia facta proponuntur tanquam probabilia, & pietatem fidelium promouentia, & nullam continere abſurditatem; dicere verò eas poſt probationem Eccleſiæ continere falſa & hujuſmodi, inſignis temeritas & præſumptio eſt. *Proponuntur vt prudenter eis aſſẽtiamur*

Cap. 6. Quomodo alij Hæretici præter Magdeburgenſes ſuas obtruſerunt reuelationes.

AB initio naſcentis Eccleſiæ ſatore Diabolo Dei æmulo, vt veris reuelationibus fucum faceret, & earum firmitatem concuteret, per ſuos miniſtros hæreticos hoc curauit, vt fermè omnes ſectarij ad illud aſylum confugerent, nimirum eorum quæ prædicabant falſorum dogmatum doctrinam cælitus ex diuinis reuelationibus eſſe comparatam. eſt obſeruatio magni illius Inquiſitoris Magiſtri F. Ioannis Nider in ſuo opere attitulato *Formicarium* lib. 2. cap. 1. vbi de Arianis & Huſſitis exemplificat, ſed vt rem exactè tractemus à principio rem exordiamur. *Ab initio obſtruſit dæmon falſas reuelat.*

1. SEC. Simon Magus ad ſuas colorandas hæreſes, ſuper viſiones, & ſomnia ſua dogmata fundabat. ex S. Irenæo lib. 1. c. 20. ad eum finem *Paredri*, qui *1. Seculi hęret. fictores falſorũ reuelationũ*

dri, qui & ſpiritus familiares, alias dicti auxiliatores, & *Oripompi* eidem aſſiſtebant, quorùm opera, & oraculo vtebatur ad ſua venditanda.

Menander, ex Epiph. hæreſ. 22. ſe diuinitus edoctum dicebat, & à Deo miſſum, vt ad ſuum myſterium congregatos edoceret. Iren. lib. 1. c. 21.

11. Seculi ſeductores. 11. SEC. Elxai apud Epiphan. hęreſ. 19. lib. 1. & hæreſ. 30. imaginaria quædam velut ex reuelatione introducit.

Baſilides ex Iren. lib. 1. c. 23. ſua myſteria & Orgia nemini reuelanda, & ſub ſilentio in ſe ipſis continenda curabat. Suos Prophetas Barcabum & Barcoph producebat. ex Theod. lib. hæretic. fabularum, ſuamq; quam inuenit fictionem, ex Iren. lib. 3. c. 17. velut veritatem ſe accepiſſe jactabat.

Valentinus, ex Iren. l. 1. c. 17. vt ſtultos & veritatis ignaros in ſtuporem traheret, multitudinem apocrypharum & adulterinarum ſcripturarũ quaſi diuinitus reuelatæ eſſent introduxit: & cum ſuis ſua infanda myſteria ſub reuelationis nomine palliantes, ſe ſpirituales factos jactabant, Catholicos vt animales traducentes, & in ipſis illud impletum: *animalis homo non percipit quæ Dei ſunt*: pro ſuis verò illud: *ſpiritualis omnia dijudicat.* cum tamen (vt ſcitè Iren.) eorum diſſenſio demonſtret diuerſis ſpiritibus afflatos, nullumq; argumentum firmum proinde adduci poſſit contra firmam (quæ in Eccleſia Catholica prædicatur) veritatem.

Marcoſius propheticam gratiam ſe habere jactabat, & ſpiritum Parædrum habebat, per quem prophetare videbatur, & quotquot putabat dignos, fieri participes gratiæ ſuæ, prophetare, verius inſanire faciebat. Iræn. lib. 1. c. 9. Marcion

Digitized by Google

Marcion ex Iren. lib. 1. c. 29. dicere auſus eſt,meliora ſibi reuelata,quam Apoſtolis qui Euangelium ſcripſerunt.

Apelles priuatas lectiones habebat à Philumela quadam puella, quam vt prophetiſſam habebat,deſcriptas, quas & Phareneoſes vocabat.

Montanus reuelationes ſe accepiſſe jactabat à Spiritu S. ipſiq; non Apoſtolis miſſum Spiritum S. ex Auguſt. de hæreſ. Quare malo abreptus ſpiritu prophetare cæpit, magnam ſibi opinionem comparans. ex Hieron. ep. 54. & à ſe ſeductas Priſcam, Priſcillam, Maximillam docuit eodem malo afflatas ſpiritu, prophetare. Viſiones jactabant Montaniſtæ Theodorus, & alij; quibus prædicabant breui totum mundum peſſum iturum.ex Euſeb. lib. 5. c. 16. ſed euentus talem pſeudologiam extitiſſe monſtrauit. Sed & qui Aſcodrugitæ vocantur ſectarij Montaniſtæ, alios Prophetas inducunt, & Montanum & Priſcillam in honore habent. ex Damaſc. lib. de hæreſ.

Seuerus aliam habebat Philumelam exemplo Apellis, quam dicebat inſpiratam ad pronuncianda futura, ei phantaſmate apparente, qđ modo ſe Paulum, modo ſe Chriſtum eſſe aſſerebat, à quo oracula ſciſcitabatur & reſponſa audiētibus dabat. Aug. lib. de hæreſ. c. 24.

3. TERTIO SECVLO. Tertullianus Mōtaniſtis dedit nomen, & in eam amentiam incidit, vt lib. de anima c. 9. animam diceret effigiatam, deceptus mulierculæ viſione. de ea ſic dicebat: *Eſt hodie ſoror apud nos reuelationum chariſmata ſortita, quas in Eccleſia inter Dominica ſolemnia per ecſtaſim*

in ſpiritu

in ſpiritu patitur,conuerſatur cum Angelis aliquando, & cum Domino,& videt & audit ſacramenta,& quorundam corda dignoſcit, & medicinas deſiderantibus ſubmitit. Sed eo proceſſit iſta audacia ait annalium conditor anno 201. n. 13. vt nedum contra Theologiæ, ſed etiam Philoſophiæ dogmata falſa,& hæretica conflaret, nam in hæreſim Antropomorphitarum incidit, cum credidit ea quæ illa mulier reuelabat ſe accepiſſe, dum ſcripſit [*oſtenſa eſt mihi anima corporaliter, & ſpiritus videbatur,ſed non inanis & vacuæ qualitatis, imò etiam quæ teneri repromitteret,terrena, & lucida, & aerei coloris, & forma per omnia humana.* Incidit in hunc errorem Tertullianus(ſequitur idem Bar.)quia fuit facilis,& tenax ad retinendum ſemel imbibitum errorem, cenſor quoq; factus Eccleſiæ obſeruantiarum,ſe ipſum præcipitem dedit, & de eo impletum,*qui cito credit leuis eſt corde.* vlulent abietes ſi Cedri Libani corruunt.

3. Seculi ſictores.

Elceſeitæ librum compoſuerunt quem dicebant elapſum è cœlis, qui verò illum audiſſet, dicebant,peccatorum remiſſionem conſequi præter eam quam Chriſtus dedit. vide Epiph. hęreſ. 53. Theodor. 2. heret. fabularum. Baron. anno

Manetes Manicheorum Princeps,ex Aug.lib. 15. contra Fauſt. c. 5. & 6. viſionem ſe vidiſſe iactabat, nempè maximum *regnantium Regem ſceptrigerum,perennem,floribus cinctum & facie rutilantem, duodecim magnis Dijs circumdatum, ternis per quatuor tractus,quibus adderet alia Deorum agmina.*] hæc non vt vnum Deum, ſed multitudinem Deorum colendam introduceret.

4. QVAR-

IV. SECVLO. Donatiſtæ falſis viſionibus decipere Catholicos tentabant, vt patet ex Aug. ep. 165. ad Generoſum. vnde eidem ſcribit aſtuta nouitate confictum à ſeductore, *ſibi Angelum aſtitiſſe*, nempè ad ſuadendam hæreſim Donatiſtarum. Sed & Vincentius Donatiſta falſis viſionibus elatus dogmatizauit: *animam eſſe non ex nihilo, ſed de Dei ſubſtantia*; & in Aug. calamum contorſit, vt patet ex lib. 2. retractat. c. 16. & in lib. de anima ad Vincentium Vict. c. 1. *non defuerunt* (ait) *qui dicerent etiam à te fuiſſe iactatum quod ipſe tibi, neſcio qua viſione apparuerit*, (nempè Vincentius alter hæreticus quem vt ſanctum venerabatur) *atq; ad hos conficiendos libros, de quibus tecum agere iſto noſtro opuſculo inſtitui, ſic adiuuerit, vt ea tibi ſcribenda quantum ad res ipſas rationeſq; attinet, ipſe dictaret.* qui tandem ab Auguſt. victus, de eo errore palinodiam cecinit. *Falſæ reuelationes hæreticorum 4. ſeculi.*

Meſſaliani, qui & Euchytæ, vel Enthuſiaſtæ dicuntur, à Damaſceno ita vocati, quod Dæmonis inſtinctum recipiant, eumq; Spiritum S. eſſe exiſtimant, de quibus idem Damaſc. quieti cum ſe tradunt, viſa ea quæ in nocte accidunt, inſtinctum diuinum appellant: in tantam inſaniam prorumpunt, vt dicerent nullam vtilitatem percipi ex baptiſmo; orationem ſolam dicebant Dæmonem arcere, & Spiritum S. in hominem deſcendere, & viſu, & ſenſibus cæteris deprehendi, & non ſolum liberari à carnis laſciuia, ſed vnũquemq; ornari dono præuidendi futura, imò & contemplandi oculis diuinam Trinitatem.

V. & VI. SECVLO qui hæreſes fingendo, viſiones

Digitized by Google

ſiones fabricarint, non occurrit. Genericè tenendũ quod ſcripſit S. Hieron. in c. 9. Eſai. quod *hæretici Deum videre ſe iactant*, &c. & *legem Domini ſe cuſtodire, & in vbertate eſſe virtutum &c.* contra verò *in ſuperbia cordis ſui deſpiciunt Eccleſiam, & ſimplicitatem eius arbitrantur imperitiam.* regularis hæreſum omnium eſt iſta temeritas.

In SECVLO VII. pſeudomonachus ille Arianus Sergius, ex Anaſt. Biblio. impiæ ſectæ fundandæ author extitit atq; cooperator, cum enim Mahometes comitiali morbo laboraret, ſuadere conatus eſt ſuæ vxori hæc fanatica: videlicet ad Gabrielis Archangeli conſpectũ hoc ſibi accidiſſe, teſtimonium perhibuit Arianus ille, credidit mulier, impoſtori pſeudomonacho fidem habens, alijs mulieribus fabulam narrat, & vt crederetur propheta eſſe, fectum eſt; non fuit difficile id ad curioſum, & ſimplicem populum hanc fabulam tranſmittere, qui fidem ei accomodantes, volumen varijs figmentis plenum deſcripſit, quod de cælo elapſum vbi finxiſſet, ſuis tradidit ſucceſſoribus ſeruandum. vide Cedrenum, Damaſc. Anaſtaſ. Biblioth. proinde non virtute, non diuina reuelatione, ſed figmentis & fictis reuelationibus ſecta illa propagari cæpit, nec miraculorum virtute, ſed magis armorum vi ſuas radices fixit. Legendus S. Th. 1. contra Gentes c. 6. eundem adjuuit Ioannis Antioch. ſolertiã ad nouam legem illam condendam ex Iudaiſmo & Hæreticiſmo conflatam. vide Polydor. de inuent. lib. 7. c. 8.

VIII. SECVLO. Adalbertus ſub Zacharia Papa damnatus in Concilio Rom. viſiones & diuina cha-

na chariſmata ſe habere fingebat, vt facilius venena inſtillaret. Extat epiſtola in actis Concilij Romani, vbi idem Zacharias interfuit; ibi ſic dicitur: *Incipit vita Sancti, ac B. Adalberti Epiſcopi ex electione Dei nati. De ſimplicibus parentibus fuit procreatus, & de gratia Dei coronatus. Quia dum in vtero matris ſuæ eſſet, ibidem gratia Dei cæpit in eo retineri, & antequam perueniſſet beatiſſima natiuitas eius, vidit genitrix eius per viſionem quaſi egredientē vitulum de dextero latere ſuo, qui nimirum vitulus deſignabat illam gratiam, quam accepit ab Angelo antequam exiret de vulua.* Cumq; hic libellus vſq; ad finem lectus eſſet, S. Zacharias Papa dixit. *Quid ad hanc blaſphemiam reſpondetis?* Epiphanius Epiſcopus S. Syluæ candidæ reſpondit: *ex diuina diſpoſitione factum, vt ſchiſmata & blaſphemiæ ſancto veſtro Apoſtolatui calarentur.* Subditur quoq; in eodem Concilio ad tantam inſaniam illum deueniſſe, vt *ſe Apoſtolum* quoq; *diceret, & capillos, & vngulas ſuas populis pro ſanctitate tribuerit.* vide Bar. 745. n. 22. & 28. vbi quatuor aſſerere priuilegia ſomniabat impoſtor. 1. Quod in vtero ſanctificantem gratiam accepiſſet; 2. Quod hæc gratia fuerit coronata, alludens ad perſeuerantiæ donum; 3. Se Apoſtolum mentiebatur. 4. Et ſanctum adhuc viuentem diſpenſando ſuam reliquias.

Adalberti hæretici falſæ reuelationes & dogmata.

Similia in quadam noſtri temporis muliere deprehendens Inquiſitio Hiſpaniarum, vetuit libellos, & reliquias ejuſdem, quam vt ſanctam populi venerabantur, inter eos libellos, vita ejuſdem continebat hæc priuilegia; 1. Videlicet fuiſſe in vtero matris ſanctificatam; 2. Quod fuerit confir-

Noſtris temporibus ſimilia diſſeminata.

mata in gratia: 3. Quod ab vtero eam Chriſtus ſibi deſponſauit; 4. Quod viderit diuinam eſſentiā; mirum ꝙ illius vitæ Scriptor non aſſeruerit fuiſſe exaltatam ſuper omnes Cælos. Quòd ſi dicas tale priuilegium fuiſſe conceſſum Virgini nomine Aſellæ, ex Hieron. ep. 15. ad Marcellam, quod: *Benedicitur ei antequam naſcatur*, quod in *phiala nitentis vitri & omni ſpeculo purioris virgo traditur per quietem.*] non de gratia mundante ab originali locutus eſt Hieron. ſed de benedictione per deſignationem doni futuræ Virginitatis, vel ad vocationem, vt idē exponit Hieron. Hierem. 1. (aliquis ſic ſanctificari in vtero quandoq; dicitur.) quare male poſtillator epiſt. illius ſcripſit: *Aſella fuit in vtero matris ſanctificata.*

Objectio.

Solutio.

Heret. Bitur. & alij.

Quēdam Bituricensē, ex Greg. Turonenſi 10. hiſtor. c. 25. muſcarum circumdedit examen, & per biennium amens eſt habitus, *vnde datur intelligi* (ait S.) *diabolicæ immiſſionis fuiſſe nequitias, deinde indutus pellibus quaſi Religioſus orabat, ad quem illudendum pars aduerſa* (nempè Diaboli) *diuinandi ei tribuit facultatem. Protulit ſe magnum eſſe, immo & Chriſtum, aſſumpta ſecum muliere quadam, quam Mariam vocitari fecit*, morbos ſanabat, prædicebat futura, ſed hæc omnia Diabolicis artibus & præſtigijs faciebat. Seducta eſt per eum immenſa multitudo populi, non ſolum ruſticiores, ſed & q̄dam Sacerdotes, Eccleſiaſtici, ſequebantur autē eum amplius quā tria millia populorū. Cæpit ſpoliare quos in itinere reperiſſet, Epiſcopis, & ciuibus minas mortis intentabat, eo quod ab eis adorari deſpiceretur. Sed tandem à ſtrenuis viris in-

fruſtrà conciſus, cecidit Chriſtus ille, qui magis Antichriſtus nominari debet, & mortuus eſt, ſuis aſſeclis diſperſis. Maria autem illa ſupplicijs tradita, omnia phantaſmata eius, & præſtigia publicauit, & quod mirum eſt, qui ei adhæſerunt, nunquam ad ſenſum integrum ſunt regreſſi, ſed hunc ſemper quaſi Chriſtum, Mariam autem illam partem Deitatis habere profitebantur.

Etiam per terras Galliarum (ex eodem S. Gregor. ibidem) emerſerunt pleriq; qui per has præſtigias multos ſeducebant, adjungentes ſibi mulierculas quaſdam, quæ debacchantes illos ſanctos confiterentur, & magnos eſſe in populis proferebāt, &c. hæc idem &c.

Leutardus Hæreticus.

Leutardus ruſticus ex Glabro 2. hiſt. c. 11. & 12. cum eſſet in agro, viſum eſt illi examen apum in eius corpus ingredi per ſecreta naturæ, ei loqui videbantur, & multa hominibus impoſſibilia ſuadere, vt faceret. venit domum, fecit conuiuium, & ingrediens Eccleſiam, arripienſq; crucem, Saluatoris imaginem contriuit. Territi homines pauore, credentes illum eſſe inſanum, idem facere iſte Iconomachus perſuaſit, & vniuerſa hæc ex Dei reuelatione patrare perſuaſit. Inſuper nec decimas exoluendas dogmatizabat.

Vigaldus Rauennas.

Per idem tempus Vigaldus Rauennas ex eodem, Grammaticæ addictus, cæteras diſciplinas ſpernebat; vidit Dæmones diuerſorum Poetarum formas aſſumentes Virgilij, Horatij, Iuuenalis, gratias referentes quod horum volumina legeret. promiſeruntq; eius famam, & gloriam dilatare. hinc multa fidei contraria docere cæpit, illudq; in primis,

Digitized by Google

mis, *dicta Poetarum ſuper omnia eſſe credenda*, & multos ſeduxit in Italia, Sardinia, & Hiſpania. Sed & à Catholicis exterminati ſunt. Quanta cautela legendi Poetarum libri! vnde meritò Concilium Lateranenſe ſub Leone x. ſeſſ. 19. ſanciuit non eſſe exteros libros legendos, niſi ſacrorũ Canonum, & Theologiæ facultatibus lectio Gentilium jungeretur, & incumbentes ſacræ Doctrinæ *Poeſis radices purgare & ſanare valeant.*

Berengarius. Berengarius cum Dæmone arctiſſimam habuit neceſſitudinem, colligi poteſt ex viſione Fulberti, qui circa ipſum vidit Dæmonem aſſiſtentem, ac ſi Patronum haberet, aliorum Hæreticorum more, vt de Luthero, & Zvvinglio referunt Scriptores, ex ejuſdem viſu, & conuerſatione in Sacramento Altaris inuectos. Magiæ quoq; deditum ſcribit Geneb. anno 1041. ex Polydoro Virgilio 9. hiſt. Anglic. & vna nocte fuiſſe Romæ, & eadem legiſſe Turonis vnam lectionem. Gugliel. Nangi.

Eonis & Lullij errores. Eon quidam de Stella anno 1148. dicebat ſe eſſe illum, qui judicaturus eſſet viuos & mortuos, fictis apparitionibus hominum oculos faſcinabat, vt appareret ingenti multitudine ſtipatus incedere, delicijs ciborum, & ſplendidiſſimis apparatibus abundabat, apud populos erat in magna veneratione & exiſtimatione, qui tandẽ in Cõcilio Rhemenſi damnatus eſt. Robertus Abbas in Chronicis.

Raymundus Lullus aſſeritur à ſuis ſuam doctrinam à Chriſto accepiſſe, ſed non Chriſtum, ſed Angelum tenebrarũ transfiguratũ in Angelum lucis ſe demonſtraſſe deprehenditur ex erroribus, q; in ſuis libris ſunt deprehenſi, & in directorio Eymerici

Digitized by Google

merici habentur, & damnati perhibentur à Greg. xI. de hac re latè Scriptores, & Bzouius an. 1319. à num. 18. & ſequentibus diffusè. perhibetur eius corpus tanquam ſanctum venerari, quod non poſſe conſiſtere, oſtendit Bzouius 1432. n. 169. lege quoq; Gualterum in Chronolog. fol. 685.

Quædam ſecta inſurrexit, quæ vocabatur ſpiritualium ocioſorum à Rusbrochio lib. 2. de ornatu ſpiritualium nuptiarum c. 78. vixit autem Rusbrochius an. 1350. fingebant abſq; medio ex altiſſima illuminatione, & contemplatione eſſe Deo vnitos, proinde ſe tranſcendiſſe, & eleuatos eſſe ſupra præcepta Dei, & actus quarumcunq; virtutum, exercitationem, cultum Eccleſiæ, & ceremonias, & conſtituta, vtpote, qui ad merum ocium (quod fingebant) peruenerint, & jam omnia obtinuiſſe, cujus gratia omnis Eccleſiæ cultus, & exercitia instituta ſunt. & vt idem Author ſcripſit in Apolog. c. 4. ſolis imperfectis dicebant ea eſſe neceſſaria; multique ejuſdem ſectæ, omnia opera Dei, & ſacram ſcripturam negligunt, & paruipendunt, putantes ſe inueniſſe id cujus gratia ſcriptura confecta eſt. Inde ex eo quod omnia ſe obtinuiſſe dicant, libertate ſpiritus gaudere volunt, & ſummo Pontifici, Epiſcopis, & Paſtoribus Eccleſiarum ſubeſſe detrectāt, volentes eſſe ab omnibus exemptos, & immunes. idem c. 78. de ornatu. quicquid libet ſibi licere affirmant, ac ſi ad ſtatum innocentiæ redacti, nullam habeant ſibi poſitam, & præſcriptam legem; & ad ſatisfaciendum corporali appetitui, nè quies, & ocium illud ſpirituale perturbetur, vel impediatur, nullum frænum paſſionibus injiciendum: quin ex *Secta ſpiritualium ocioſorum*

Google

c. 4. Apol. vt in eo ocio interius immorari poſſint, ſi exterius pulſentur appetitus ſenſitiui motibus, foras exeundum, & explere corporis voluptates, & cupiditates, carniq; ſatisfacere, quò ſic celeriter ab ea abſoluantur imagine, & ſine impedimento intrinſecus ad ſuum ocium reuertantur. Dicebant quoq; vltro ſe mereri non poſſe, eſſe Dei paſſiuos, nihilq; in ſe ipſis agere, ſed omnia Deum in ipſis, ipſiq; planè ocioſi ſint: & ad quæcunq; intus excitantur, ſiuè virtutibus conſona ſint, ſiuè diſſona, à Spiritu Sancto proficiſci. Diſſentiunt tamen alij ſpirituales ocioſi ab iſtis, vt idem dicit c. 79. quod aſſerunt contra iſtos progrediendum eſſe in virtutibus, & mereri poſſe. Simul autem omnes peſſimi ſunt, atq; peruerſi, putantes ſupra omnes viuentes ſe eſſe ſanctiſſimos, & maximè illuminatos, & tanq; omnium ſapientiſſimi, & acutiſſimi docere volunt, nihil addiſcere, quicquid libet proferre, vt neminem velint contradictorem. & vt fucum faciant ſimplicibus, & ad ſuum ocium alliciant, ſimulant ſe ad tremenda altaris myſteria accedere, de ſacris ſcripturis loqui, ſed minus vſitatis ſcripturæ vocibus, vt ſub illis hæreſes, & peruerſi ſenſus deliteſcant] hæc recenſebat de his hæreticis Rusbrochius.

Fœminæ hæreſis dictæ fundatrix.

Horum ſecta vt colligi poteſt ex vita ejuſdem Rusbrochij c. 5. à fœmina videtur originem ducere, de qua ſic dicitur in eodem c. [*per idem tempus quo vir Dei Sacerdos vixit in ſeculo, fœmina quædam extitit execrandi dogmatis authrix vel propugnatrix, eaq; tantæ exiſtimationis, vt ad Dominici Corporis venerabile ſacramentum acceſſura percipiendum, etiam inter duos Seraphĩ gradi crederetur. Hæc multa ſcriptitabat*

titabat

titabat de ſpiritu libertatis, & execrando amore venereo, quem tamen plena dæmone, non eſt verita Seraphicum dicere, & à ſuæ opinionis ſectatoribus, ceu nouæ cuiuſdam doctrinæ inuentrix, magno honore colebatur. cuius errorem vir ſanctus miſerans, ſtatim nefando dogmati ſeſe oppoſuit, & licet multos ſuſtineret aduerſarios, tamen teterrimæ huius fœminæ ſcripta fallaciſſima planè detexit.] quare dum ſecta ſpiritualium ocioſorum totam ſuam hæreſim in ſpiritus libertate, & venereis illecebris conſtitueret, ſatis veriſimile eſt, ab hac muliere ſeductos, vel ſaltem venena tanquam Viperam à bufone mutuatos.

Eodem ſeculo eruperunt velut excrementa Diaboli Beguardi & Beguinæ, qui libertatem ſpiritus ex altiſſima contemplatione promittentes, & exemptionem ab obedientia tàm Eccleſiaſticorum, quàm Magiſtratuum temporalium, ad carnis opera perficienda, ſe, ſuoſq; incitabant. quorum dogmata execranda in Concilio Viennenſi damnata ſunt. & habentur c. in Clement. *ad noſtrum de hæreticis.* M. ccc. xi. celebratum eſt idem Concilium, quare Beguardos & Beguinas præceſiſſe prædictorum ſectam certum eſt, & ſequentes fuiſſe Beguardorum, & Beguinarum ſurculos. *Beguardi & Beguinæ.*

Poſt horum alia apoſtemata eruperunt de præcordijs fatuorum; eodem enim ſeculo dum F. Ioannes Nider viueret 1432. eruperunt multi hæretici (vt ſcribit inſignis idē noſter Fr. lib. 3. ſui Formicarij) qui reuelationibus quibuſq; erroneis vtuntur veluti regulis infallibilibus ſibi, vel ſuo Regno diuinitus oſtenſis; & in ſuis articulis decepti ſunt, ſeq; diuinitus afflatos jactabant. Qui conuicti *Conſimili ſecta, de qua Nider.*

Digitized by Google

SS. Doctorũ gloſſas admittere coacti ſunt,ad ſuum errorem,ſicut & ſcripturam ipſam inflectebant,textu renitente, & violenter extorto. Multiq; penitus Patrum authoritatem, & canonica jura(quæ impiè vocabant coopertoria Papæ) rejecerunt, in nudo textu noui & veteris teſtamenti (antiqua hæc Puritanorum noſtri ſeculi imago) ſe reſtrinxerunt. Exemplificat idem Nider lib. 3. c. 9. de hæreſibus VVicleph, quas inAnglia ſeminauit,eaſdemq; Hieronymus de Praga Boemus auidè excepit, propter quas (tempore quo viuebatNider)in Concil.Conſtantienſi meritò exuſtus eſt. Inde innumeram hæreſum ſobolem exortam tradit, tres tamen enumerans,Veterum, ſcilicet, Pragenſium, Orphanorum, & Thaboritanorum, qui imagines , templa , ornamenta Eccleſiarum rejecerunt , & conculcarunt ; ea nota colligati,quod ſub vtraq; ſpecie ſacramentum Euchariſtiæ dogmatizabant eſſe ſuſcipiendum ſine præuia ſacramentali confeſſione, & debita reuerentia ad altare accedentes.

Alios commemorat qui penitus ſcripturas vtriuſq; teſtamenti abnegabant, ad credendum ſolummodo adſtringi debere , qui demonſtratione Philoſophica conuinceretur.De vno eius ſectæHæretico Hungaro c. 10. exemplificat, dogmatizante nihil eſſe credendum de fidei articulis , Chriſtianã doctrinam, Eccleſiæ ſacramenta,vtrumq; teſtamentum cum PP. & gloſſis reijciebat. Qui captus, & examinatus ab Epiſcopo , dum in errore permaneret, tandem noſter Fr. M. Iacobus de Clauiſo, & Martinus de Hiſpania,Theologiæ Profeſſores, poſt diutinum conflictum nil proficientes, adeo erat obſtinatæ

Digitized by Google

ſtinatæ mentis, vt potius ſe incinerari, quam cędere velle profiteretur, tandem diuina effulgente gratia, ijs ſapientibus, & Eccleſiæ ſuum ſenſum ſubmittere velle, ſuamq; reuocare perfidiam proteſtatus eſt, quod & præſtitit, & in Monaſterio Ordinis Paulitarum (vbi iſte Ordo feruentiſſimus eſt) ſub Chriſti tyrocinio militans viuit, de cætero ſpero (ſubdit Nider) conſtans & firmus remanſurus.

Sunt (ait idem Nider) multi in partibus Sueuiæ enormes errores hodie ſæuientes; aſſerentes licere ſibi mentiri ad placitum, pacta nulla ſeruare, occidere innocentiſſimum, & ſi mater ſit vel pater: ciborum delectum non ſeruant, nec præcepta Eccleſiæ, ejuſdemq; cęremonias, abſtinentias, cælibatum; ſuperſtitiones vocant corporales, quibus renunciare oporteat. Solam perfectionem, & virtutē autumant conſiſtere in quadam altiſſima contemplatione ſpiritus, quæ carnem & oſſa non habeat. Cæterum carnaliter belluarum more viuunt, turpiter ſe commiſcentes, & in mixtione carnali (vbi etiā ex Ethnicis ratio abſorbetur) dicunt conſiſtere contemplationem & raptum excellentiſſimum, ob id mutuò ad nutum ſibi obtemperant quandolibet. In quam ſectam, ex eodem Nid. multos occultè de numero nobilium & ignobilium, Virginum & Viduarum tranſierunt miſerabiliter.

Multa alia ejuſmodi commemorat, quæ in eodem opere habentur, & ſuis locis & conſiderationibus in 2. parte reponentur aptius.

Eodem ſeculo 1414. erupit tenebrio Pikardus, ſuis præſtigijs vtriuſq; ſexus homines dementans, quos jubens nudos incedere, Adamitas vocari *PiKardorū ſecta.*

 voluit,

voluit, ſumpto nomine Adami: ſeq; filium Dei jactabat. Genebrar. in lib. 4.

Excurrit ſequentibus annis venenum alios inficiens. nam an. 1470. tympaniſta quidam Bubulus finxit à Beatiſſ. Virgine hæc accepiſſe publicanda mandata: vt contra Clerum & Principes concionarētur verbi Dei præcones: non eſſe à Sacerdotibus, quod illi malè viuerent, recipienda ſacramenta, Principibus ēt non parendum, quod contra juſtitiam telonia, & vectigalia imponebant. Crantzius 12. metropol. c. 16.

Lutherus. Erupit tandē ex abyſſi puteo Martinus Lutherus veterum hæreſum epitome, & futurarum paradigma, qui cum ſæpè jactauit inter ſe, & Diabolum magnam interceſſiſſe conſuetudinem, & ſuis oraculis admonitum ad oppugnandum Euchariſtiæ ſacramentum (quod & imitari videtur Zvvinglius incitatus viſione cacodæmonis, quē neſciebat vtrū alb⁹, vel niger eſſet, & alij) quid niſi ementitis oraculis ſuas hæreſes ſtabilire conatus eſt?

Thomas Monetarius. E ſuis caſtris egreſſus Thomas Muntzerus, alias Monetarius, nouum genus prophetādi p ſomnia, mundo inuexit. jactabat ſibi datum & reuelatū gladium diuinitus, tanquam nouo Gedeoni, ad nouum Chriſti regnum inſtituendum; inde ruſticos dementauit, vt foueretur bellum contra Principes, & Dynaſtas excitarent. Inde tanquā examina proruperunt Anabaptiſtarum conuenticula. ex his proceſſit Ioannes Leydenſis, qui triduo ſe ſomniare viſus eſt, inde 12. viros in charta deſcripſit, inter eos nobiles qui ſummæ rerum præeſſent, tanquam Iſraelem gubernaturi, eam enim eſſe Patris

voluntatem

Digitized by Google

voluntatem dicebat. Ad ejuſmodi noui Prophetæ viſionem, abrogatis deinde illis 12. Regum more, inſtar Dauid regnaturum, mentiendo Regem inſtituit, qui 12. elegit, vt ad 4. orbis plagas nouum Euangelium nunciarent. ex eadem Anabaptiſtarum prole emanarunt Angelici, qui ex Reſcio in Atheiſmis, fingunt vnicuiq; ipſorum Angelum aſſiſtere, & reuelare quæ ſit vera Religio, quæ falſa. Item Ecſtatici, ſic dicti, imitantes Mahometem, & in terram corruentes dicebant: per reuelationem accepiſſe diem Domini inſtare, & vidiſſe Zvvinglium cruciari in inferno, & Dei reuelatione accipere hunc, vel illum occidendum, vnde multa matricidia, & fratricidia tanquam ex viſione Patris patrata ſunt. Ad eadem caſtra pertinent cœleſtes Prophetæ, contra quos Lutherus librum ſcripſit attitulatum, contra cœleſtes Prophetas. Similiter & Enthuſiaſtæ qui internum ſpiritum loquentes ſe attendere mentiebãtur, & diuinos afflatus & viſiones vendicabant.

Sed & Briſtous Anglus vir Catholicus & doctus t. 1. antihæreticorum motiuorum c. 12. ſcribit in auditorio celebri apud crucem quam Paulinam appellant, expulſo Catholico concionatore, auſi sũt Bradfortum quendam Anglo Caluiniſtã eius loco intrudere, per has voces acclamando, dum concionaretur, *Angelus, Angelus*, vt ex hoc plauſu doctrinam tanquam Angelicam depromptam voce miſeri venditarent. *Briſtous Anglus.*

Sed & Gullielmus Poſtellus hominum monſtrum jactabat Angelum Raziel varia ſibi myſteria reuelaſſe, & ſcripta ſua ſenſibiliter à Chriſto ſibi expoſita. ſcripſit an. 1550. innumeras hæreſes in *Poſtellus.*

damnatis

damnatis libris, de Chriſto intoxicato, & matrice mundi, de claui abſcondita &c. Olim ex lib. 5. hiſt. Orlandini, cum non exigua in ſpecie pietatis documenta præberet, admiſſus eſt in Societatis Ieſu Tyrocinium, ſed breui S. P. Ignatius hominem deprehendit non prohetico afflatum ſpiritu, ſed planè ſpiritu erroris inflatum, à Societate illum ſecreuit, vt vſu, & colloquio eius vniuerſos Socios interdiceret.

Nouus Tertullianus. In occiduis oris nouus Tertullianus erupit, familiaritate cujuſdam fœminæ deceptus, quæ aſſerebat multa per reuelationem accepiſſe. Nouæ Philumelæ vel Maximillæ aures accomodat, hæreſes format, nimirũ ſe ſuper omnes Angelos & Apoſtolos gratiam obtinuiſſe, oblatam ſibi vnionem Hypoſtaticam, datum quoq; vt eſſet Redemptor orbis, quantum ad efficaciam, nouum ſe Triſmegiſtum triplici corona redimitum jactabat, Regis, Sacerdotis, Legiſlatoris, ſed hæc omnia ignis probauit, dum in cineres fauillaſq; redactus eſt.

Hæreſes illuminatorum attitulatæ. Sub diuinæ religionis ſpecie, carnales tamen, alij homines priorum hæreſum fæces, dogmata Lutherana ſectantes, carnis, & Veneris mancipia (eò enim tandem hæreſes tanquam in centrum procurrunt) auorum noſtrorum memoria prodierunt an. enim 1558. Doctor Auguſtinus Cazalla Canonicus Salmaticenſis, latenter Pinciæ Theoremata hæretica, & venerea dogmatizare cæpit, cujus aſſeclæ fuere Magiſter Perez Palentinus, q voluptuoſiſſ deliniti illecebris, in obſcænitatum ſyrtibus inhæſerunt, qui poſt ſe voluptariorum greges adduxerunt, deoq; deuotas Virgines, caſtitatis arcem adorti

Digitized by Google

adorti inter grunnientes porcorum greges (conſumptis ſpiritualibus facultatibus) degere ſuaſerunt, vt miſerabili fame tabeſcerent. Vix à cenſoribus fidei periculoſa hæreſis detecta eſt, & Cazalius cum matre, & quinque fratribus Pinciæ comprehenſus, vinculis traditus eſt. & ſimiliter Tauri Baccalaureus Herrezuelo, in eodem dogmate conſpirantes & Petroſæ, & Zamorræ cum alijs vtriuſq; ſexus viris, ac fęmellis cōprehenſi, nec nō cū multis Virginibus quæ pudorem cum religione exuentes, ſacrilegas, & inceſtas nuptias celebrarunt, & ad nefandiſſimorum horum dogmatiſtarum conuentus celebrandos, nocturnoſq; complexus adeuntes, cōueniebant, ne dum vt nefaria explerent opera, ſed & vt dogmata audirent, ipſis mulieribus (ſic enim procaces erant) exponentibus Euangelium, & è ſuggeſtu, muliebri ſupercilio, grandibus, & inanibus verbis Paulum detonantibus. Tandē publicè Caſſalius in publico actu, præſente Principe Carolo, & eius amita Ioanna, & ſi pœnitentiæ actus oſtenderet, tanquam dogmatiſtes cum 13. alijs in dogmate permanentibus exuſtus eſt. cæteris juxta delicti grauitatem, & pœnitentiæ ſigna, ſalutari diſciplina de more mulctatis. lege Paramum de Origine Inquiſitionis.

Eoſdem Caſſalij errores, quos Valleoleti diſſeminarunt, Hiſpali, Ægidius, & Conſtantinus ex oppido S. Clementis diœceſis Conchenſis clanculo edocebant; exterius rerum humanarum contēptū & deuotionem ſimulantes, tanquam ſepulchra dealbatæ ſe oſtēdebant, intus verò pleni oſſibus mortuorum impudicitiæ, & libidinis fœtorem occludē-

tes.

Digitized by Google

tes. Sed tandem Conſtantinus à fidei cenſoribus deprehenditur, & in publico theatro expoſitus: ſed triſtitia abſorptus, manibus ſibi ipſi mortem conſciuit, prima morte ſecundam, eamq; formidabiliorẽ accelerans. At nihilominùs eius cadauer ſimul cum Ægidij oſſibus an. 1560. in foro S. Franciſci cum alijs 18. hæreticis publicè exuſta ſunt, ſic Catholica & religioſiſſima Hiſpaniarum Regna à tanta lue præſeruata, & Babylonica flamma, flamma S. Officij extincta. Param. lib. 2. de Off. inquiſ. orig. c. 5.

Ejuſdem hæreſis continuatio.

Anno verò 1570. in Prouincia Extremæ oræ dela Eſtremadura, in oppido Llerenæ, ejuſdem farinę, & dogmatis ſe & ſuos Cimmerijs tenebris obſcuriores, ſeſe Illuminatos jactabant, exercentes opera tenebrarum, & Catholicæ fidei lucem noctilucæ refugientes. Ejus ſectæ quidam mali Sacerdotes authores fuerunt, qui & Illuminatos ſe vocari ſtudebant, nouam lucem fingentes, ac ſpiritum, carnales tamen ſub libidinis peccato venundati, & exiſtentibus in regione vmbræ mortis, ſpiritum illuminationis ſuis diſcipulis promittebant, fictas tamen mortificationes & jejunia oſtentabant, re vera ijs delicijs incumbentes, quibus carnis & illecebrarum imperio, per omnia ſubijcerentur, Veneriſq; Tyrannidem propagarent. Satanicæ hujus cohortis anteſignani erant Ferdinandus Aluarez, & Chamizus, qui vtriuſq; ſexus innumeros deceperunt, & libidinis eſca in voluptatũ naſſam pertrahebãt. Sed venatici Canes, ſub ouina pelle detectas feras arundinis prædam olfacientes latratibus, & odoratu quo pollent, diſcretionis ſpiritu detexerunt: nam P. F. Alphonſus à Fonte noſtri Ordinis, Prior Cœnobij

Cœnobij Ilerdenſis ad Inquiſitores procurrens, eos tanquam vigilantes Paſtores ad illos inſectandos excitauit. E ſuggeſtu contra tales phanaticos ſpiritus toto animi conatu inuehebatur, occultis eodem morbo laborantibus opem ferens, & ſanum aliorum corpus præſeruando. Dum ergo quadam die concionaretur ad populum, vetula quædam de hac Illuminatorum ſecta, eorum erroribus contenebrata (ò miram audaciam) in medium proſiliens, in concionatorem inuehitur (facta erat fœmina jam Diaboli organum) quod ſuorum Illuminatorum mores, doctrinamq; reprehenderet. Nulla mora, comprehenditur fœmina; tetro mancipatur carceri, à violatę fidei æquiſſimis cēſoribus examinatur, & de complicibus interrogata, innumera multitudo vtriuſq; ſexus hac labe infecta detegitur. & mulctatis reis, abjurantibus data venia, ſopita fermè, & extincta, remoto illius halitu qui prunas ardere fecit. ex Paramo vbi ſupra, Ægidio Gonzalez 3. hiſt. Salmat. c. 28. Fernandez in concertatione prædicatoria.

Sed poſtmodum an. 1623. jam ſopita, & fermè extincta hac Illuminatorum hæreſi, in eadem Ciuitate Hiſpalenſi prophana manu ventilante, iterum reaccenſa eſt. eius meminit Reuerendiſſ. Dominus Stephanus Falces Archiepiſc. Brūduſinus in tom. 2. confut. hæreſum. tract. 8. c. 11. quorum capita ad ſequentia reducimus. Has & ſimiles deſcripſit Apoſt. 2. Tim. 3. *Hoc autem ſcito, quod in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa: & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine* *Nouiſſima eorundem detectio.*

pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi & voluptatum amatores magis quam Dei, habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autē eius abnegantes: Et hos deuita.]

Ab Apoſt. videntur prædicti.

Ergo è cæco ſui amore & philautia (tanquam ex centro hæreſum lineas denotauit Apoſtolus) [*erunt homines ſeipſos amantes*, ex eò namque exordium ſumentes proprium ſpectabant commodū, peſſimi iſtius ſectæ myſtæ, filias enim à confeſſionibus obligabant ne cum alijs confiterentur, pignore oblato auri, vel argenti, ſin minus ob inopiam juramento ad id ſe adſtringentes.

Cumq; eodem loco, qui & *philauti & cupidi*; *elati* deſcribantur, non erant elationis expertes, nā ſectam ſuam efferebant, vt dicerent, ſecretum virtutum tunc pœnitentes ſuos aſſequi, ſi eis generalr confiterentur, ſecùs vero non.

Spiritum S. gubernare ſuos congregatos, eoſque debere ſequi Spiritus S. motum, & inſpirationem ad faciendas, vel ommittendas quaſcumque operationes.

Eoſdem diſcipulos ſuper omnes DD. & Theologos ſacram ſcripturam intelligere. Sectatores ſuæ doctrinæ non adituros pœnas purgatorij.

Quandam perſonam ſtigmatibus Chriſti Domini inſignitam, ſanguinem ſudare, ſolo Euchariſtiæ ſacramento ſuſtentari, cum Deo ſolere miſcere colloquia, prædicabant.

Multas animas quæ ipſorum doctrinam recipere noluerunt, ad purgatorium deſtinatas, & quādam animam fabulabantur veniam petijſſe à quadā perſona, quod talem doctrinam ſecuta non eſſet,

quodamq;

Digitized by Google

quodamq; (fabulabãtur) Euangelio, ipſam in cælum ſubituram.

Cum hæreſi ſuperbiam conjunctam docuit Apoſt. *elati* (ait) *& ſuperbi.* videamus ſuperbiam. *Superbia eorundem.*

Docebant tempore eleuationis Euchariſtiæ pro ritu & cæremonia neceſſaria oculos claudendos eſſe. ò Diabolicam ſuperbiam.

Quemquam poſſe deuenire ad tantam perfectionem, vt non egeat interceſſione Sanctorum.

Similiter ad eum perfectiſſimum cumulum pertingi poſſe, vt gratia perſonas immergat: vt nec ante vel retro, vltra, citroq; progredi poſſit.

Sine reuelatione aĩas perfectorum ſcire poſſe eſſe in gratia.

Hujus ſectæ perſona quædam tribus vicibus ſe dicebat eſſe in gratia confirmatam. 1. pro mortalibus vitandis. 2. pro venialibus. 3. pro imperfectionibus naturalibus, & in eum ſtatum deueniſſe, vt nihil amplius haberet de carne Adæ.

Conjunxit Apoſt. cum dictis vitijs blaſphemiã, *ſuperbi, blaſphemi,* audiamus blaſphemias, quas nec aures ſufferre poſſunt. *Blaſphemia.*

Dicebant actus obſcœnos cum mulieribus habitos Deum operari.

Ardores, & timores, & ſyncops quas patiuntur huic ſectæ addicti, demõſtrare illos habere gratiam, & Spiritum Sanctum.

Vnionem quam Deus facit inter ſanctos, non eſſe aliud, niſi carnalem commixtionem.

Tactus & incentiua carnalia eſſe effectus reſultantes à ſpiritu, qui ex ſe non poteſt operari niſi agat in natura.

Turpem congreſſum cū filiabus dicebant eſſe medium ſaluationis,illoq; medio,quod Deus dederat,in majori tentationum conflictu vtendum eſſe.

Alia vitia conglutinauit Apoſtol. cum ijſdem, inobedientiam & ingratitudinem adjunxit, *parentibus non obedientes*.

Quantum autem attinet ad patres carnales, *parentibus non obedientes*, dogmatizabant

Inobedientia.

Non eſſe obediendum Prælato, Patri vel Superiori aliquid jubenti quod ab oratione exturbet.

Occupatos in orone debere relinquere quaſcumq; obligationes,quibus pro domo ſua,vel ſtatu adſtricti erant.

Mulieribus maritatis mandabant,ne ſuis maritis obedirent,nec maritale debitum illis redderent.

Puellis verò, ſi aliquam vanitatem in matribus reperiſſent, ſuadebant vt eas malè afficerent.

Quantùm ad ſpirituales Patres] cum magna Prælatorum Eccleſiæ inobedientia, abſq; eò quod eſſent expoſiti, ſacrament. confeſſiones excipiebāt.

Docebant eos poſſe abſoluere de omnibus reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, Epiſcopis,& Inquiſitoribus, & diligenter in confeſſione perquirebant, an aliqua fuerit ſollicitata in confeſſione; quo comperto, nolebant illam abſoluere, quouſq; declararet coram aliquibus deputatis ad hunc effectum, qui nam fuerint ſollicitantes.

Illam verò perſonam quam pro ſuo libito eligebant cui præſtarent obedientiam,patrem nuncupabant, qui ſub præcepto & cenſuris obſtringebat nihil recipi ſine ſui licentia.

Obedientiam ſimiliter præſtabant mulieribus

illis, quas aſſumebant tanquam Magiſtras ſpiritus, & doctrinæ.

Docebant quod ſi Superior cenſuris inhibeat aliquam amicitiam, ſi illa bona ſit, cenſuras non obligare etiam ſecuto ſcandalo. Alia ejuſdem ſectæ perſona publicè excommunicata à celebratione & adminiſtratione ſacramentorũ non deſiſtebat, dicendo ob ſuæ perſonæ qualitatem, & ſui opinionem non poſſe excommunicari.

Sceleſtos quoq; ejuſmodi hæreticos pronunciauit Apoſtolus, impios, vel impuros, vt legit Ambroſij commentarium.

Dogmatizabant enim in impudicitijs ſpiritũ communicari, & abſq; conſummatione actus, oĩa vacua & inania pronunciabant: ijs meritum & coronam promittebant.

Sibi conceſſum, dicebat quidam hujus ſectæ, vt eſſet in ſtatu innocentiæ, ac proinde cum mulieribus poſſe miſcere colloquia, & indecentes actus, nullum ex his peccatum agnoſcens incurri.

Sine affectione quoq; fore pronunciauit Apoſtolus, quaſi apathiam, & impaſſibilitatem ſtoicam introducerent. Et hi dicebant vnionem dari, in qua cum deberent fieri multi actus voluntatis, in ſtatu perfecto, & in via vnitiua amoris, ſi Deus diceret animæ formaliter: ſis bona: ſubſtantialiter eſſet bona. & tunc in iſto caſu non haberet anima quid operetur, neq; quid velit, aut nolit, aut faciat.

Sine affectione. Apathiam ſtoicam ſectantes.

Solum (dicebant) intelligendum eſſe, ꝙ Deus intelligit quod ipſe eſt, & in ſe ipſo, & res cũ ipſo.

Cum ornatu veſtium non poſſe virtutem conſiſtere nec ſalutem. In collectione orationis non

opus

opus eſſe imaginibus,quas dicebãt eſſe abnegãdas.

Seruos Dei non debere laborare, nec ſe exercere corporalibus exercitationibus.

Peruenientes ad certum perfectionis gradum, non poſſe amplius videre ſacras imagines, nec audire verbum Dei.

Sine fędere & amicitia

Sine pace futuros, id eſt fœdere, & amicitia, idem præuidit Apoſtolus.

Et hi maritalis fœderis inimici deprehenſi sũt illuminati, vt in odium eius dicerent,

Voto ſe debere aſtringere quemlibet illorũ ad non contrahendum matrimonium.

Contra venerabile conjugium perperam ſentiebant.

Criminatores.

Criminatores ibidem à S. Paulo deſcribuntur hæretici,quos et præuidit Apoſtolus,& hi ſimiliter Religioſis detrahebant, & mulieribus ſuadebant, ne religionem ingrederentur dicendo, magis Seruos Dei debere viuere in ſeculo quam in religione.

In religionibus nullum poſſe eſſe perfectum propter officiorum occupationem.

Sine benignitate.

Sine benignitate, vel vt legit Cyp. *bonũ non diligentes*, eoſdem depinxit Apoſtolus; dogmatizarunt enim ijdem, cum ſtatu vnionis, & amoris, Deo ſufficere ſolum amoris affectum; & ſi deſint aliarum virtutum affectus.

Immites quoq; pronunciantur, hoc eſt, efferati, & crudeles. audiamus crudelitatem.

Obligabant quaſdam Virgines ad emittendum votum caſtitatis, vel vt fierent moniales, & cum ipſis, non cum alijs confiterentur, vt illas magis ſibi deuincirent, eaſq; deciperent; hic enim totus

erat

illorum ſcopus. eandem fabulã Dæmon introduxit cum Marcoſianis de quibus loquitur S. Irenæ. lib. 1. aduerſus hæreſes c. 9. de Marco enim hæreſiarcha loquens ait. *Adhuc etiam & amatoria & allectantia efficit, vt & corporibus ipſorum contumeliam irroget hic idem Marcus quibuſdam mulieribus, & ſi non vniuerſis. Hæ ſæpiſſimè conuerſæ ad Eccleſiã Dei confeſſæ ſunt, & ſecundum corpus exterminatas ſe ab eo velut cupidine, & inflammatas valde illum ſe dilexiſſe, & vt Diaconus quidam eorum qui ſunt in Aſia, ſuſcipiens eum in domum ſuum inciderit in eiuſmodi calamitatem, nam cum eſſet vxor eius ſpecioſa & ſententia, & corpore corrupta eſſet à mago iſto, & ſecuta eum eſſet multo tempore, poſt deinde cum magno labore fratres eam conuertiſſent, omne tempus in exomologeſi conſummauit, plangens & lamentans ob hanc quã paſſa eſt ab hoc mago corruptelam. Et diſcipuli autem eius circumobuerſati in iiſdem, ſeducentes mulieres multas corruperunt, perfectos ſe ipſos vocantes, quaſi nemo poſſit exæquari magnitudini agnitionis ipſorum, nec ſi Petrum vel Paulum dicas, vel alterum quendã Apoſtolorum, ſed plus omnibus ſe cognouiſſe, & magnitudinẽ agnitionis illius, quæ eſt inenarrabilis virtutis ſolos ebibiſſe, eſſe autem ſe in altitudine ſuper omnem virtutem. Quapropter & libere omnia agere, nullum in nullo timorem habentes: propter enim redẽptionem, & incomprehenſibiles & inuiſibiles fieri iudici.* Sed reliquas conditiones eorum proſequamur.

Similia narrat Irenæus de Marcoſianis.

Proditores etiam enunciauit deſtructores amicitiæ & ſodalitatis, & ſunt reuelantes arcana. Hi verò pariter.

Proditores.

Reuelabant confeſſiones illis perſonis, quibus

hujus

Digitized by Google

hujus ſectæ obedientiam præſtabant,& ad inuicem Confeſſores crimina conferebant docentes id licitè poſſe fieri.

Proterui. *Proterui* quoq; nomine exprimuntur, præcipites, vel temerarij ex Chryſoſtomo, ſeu inſtabiles ex Theophilacto. audiamus temeritatem & leuitatem hæreticam.

In receptione ſacroſancti Sacramenti Euchariſtiæ per plurium particularum receptionem, majorem gratiam, & dulcedinem ſuſcipi dicebant, & quod pane cocto fieri poſſet communio.

In eadem communione multa fide opus eſſe, quia cum paucis formis vel particulis parum(dicebant)recipiunt à Deo.

Tantò quis (ajunt) poteſt diuino amore flagrare, & ſpeciales fauores recipere, vt liceat ei cõmunicare, etiam ſi non ſit jejunus.

Aquam benedictã non delere culpas veniales.

Tumidi. *Tumidi* quoq; enunciantur ab Apoſtolo,inflati ſuperbia, vel ſcientia Chryſoſt. Oecum. Auguſt. tract. 123. in Ioan. audiamus eorum inflantem ſpiritum, & typhum ſuperbiæ.

Ab eis dicunt poſſe videri diuinam eſſentiam, & myſterium Trinitatis, vbi ad perfectionem peruenerint.

In raptibus videre dicunt Deum per eſſentiã, ſicut videtur in patria.

Clara viſio ſemel communicata in hac vita, ſemper permanet ad nutum illius perſonæ,cui communicatio iſta facta eſt.

Illam Deus dat, & quando quis vult videt q; ſemel vidit.

In ijſdem

Digitized by Google

In ijſdem raptibus non remanet fides; quia Deus clarè videtur.

Ad vnionem hujus vitæ cum Deo, eadem neceſſaria ē puritas, quæ requiritur ad diuinā viſionē.

Inflati quoq; ſenſu ſuo declarabant Euangelium, contra veram intelligentiam, Sanctorūq; doctrinam. Illud enim Apoſtoli: *mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi,* dicebant verificari ad litteram de quodam Confeſſore, & eius filio ſpirituali, quod ſi inquiunt Paulus attendiſſet, de illis explicaſſet. *Inflati.*

Illud dictum, *petite & accipietis,* ad ſolos prædeſtinatos pertinere, & illud quod cæteris Chriſtus loquebatur in parabolis, intelligi de ſolis reprobis.

Illud quoq; *ſine pœnitentia ſunt dona Dei,* ſic explicandum dicebāt: cum Deus multa nobis dona conferat, non eget noſtra pœnitentia. *Scripturas ſacras extorquebant.*

Et illud ſcimus, quod *peccatores Deus non exaudiuit,* id eſt, efficaciter, vt conſequātur ꝙ petunt.

Cæci quoq; appellantur, dum ſe videntes pronunciant, & Patres hallucinatos. *Cæci.*

Voluptatum amatores magis quam Dei, deinde vocantur ab Apoſtolo, talis enim eſt hæreticorum character, ex Epiphan. hæreſ. 26. vbi Gnoſticos ꝑſtringi putat. Sed etiam cum ijſdem Illuminati ꝑſtringuntur, Epicureis pejores, in cibis, & Venereis ſuum vltimum finem conſtituentes, vnde hæc dogmatizarunt. *Voluptatū amatores.*

Oratio & abſtinentia ſunt incompoſſibiles, nec poſſunt ſeruari ſine miraculo, quia caro & amor multos abſorbent vitales ſpiritus, proinde opus eſſe multum & optimè comedere, tunc enim ſunt ha-

biliores ad orationē, cum benè gulæ ſatisfecerint.

Languentes ob diuinum amorem, debent comedere carnes, etiā in vigilijs & in Quadrageſima.

Poſt communionem ſacram, filias ſpirituales attrectabant, vt ad œſtrum ſe conuerterent.

Conuenticula faciebāt in priuatis domibus, ibidem cœnantes, & bibentes, ſubinde Venerem exercentes poſt guloſam ventris intemperantiam, aſſerentes, ob id nullum peccatum incurri, cum tamen hæc omnia à Regno Dei excludere pronunciauit Apoſtolus.

Pietatem fingebant.

Habentes ſpeciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, ſequitur Apoſtolus, latentem impietatem, vt dicit Oecumenius, ſpecie virtutis tegentes, ſub ſpecie enim orationis, ab oratione incipiebant, de qua quoq; dogmatizabant.

Oratio mentalis ita eſt diuinitus præcepta, vt cum illa ſola omnia præcepta ſeruentur.

Oratio eſt ſacramentum ſub accidentibus.

Oratio mentalis valorem habet, vocalis parū valet.

Nullus poteſt ſaluari ſine illa oratione quam ipſi dicunt, & faciunt.

In oratione cum colligerentur in præſentia Dei, dicebant, non ſunt ibi faciendi diſcurſus, & meditationes, ēt ſi ſint paſſionis D. N. Ieſu Chriſti, nec oportet cogitationibus detineri in ſacroſancta eius humanitate.

Hæc cum depinxiſſet Apoſtolus, omnino vitandos præſcribit, quia ex his *ſunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs deſiderijs, ſemper diſcentes, & nunquam*

quam ad ſcientiam veritatis peruenientes, in quem locum legendus Ambroſio tributus commentarius, & S. Hieron. epiſt. ad Ctheſiphontem, vbi praxim hæreticorum ponit, nunquam hæreſim condidiſſe ſine ſua Philumela.

Et hi quoq; Illuminati miniſterio mulierum ſuam ſectam propagabant, vnde & tam inſignis erat hypocriſis, vt dum faciebant nocturna conuenticula, praxes ſpirituales venditabant eadem hora.

Et quemadmodum Iannes & Mambres, vt ibidem dicit Apoſtolus, reſtiterunt veritati, & hi reſiſtunt veritati; non ſolum hi, qui fuerunt Apoſtolorum temporibus, ſed qui fuerunt Gnoſtici, & Illuminati his cognati, ſemper enim reſiſtunt hæretici veritati, principia orthodoxa abnegantes, & ſua ſtabilientes. Patribus enim acquieſcere nolunt, Doctores ſpernunt, & illorũ loco ſuas obtrudunt phantaſias, ecſtaſes, reuelationes, oracula falſa, quibus eorum conuenticula gubernentur, & etiam vt normam dirigendarum actionum habentes, quibus tandem latus campus hæreſibus aperitur, fidẽtes enim ijs noui Ariſtarchi, & populos iſtis curioſitatibus ineſcantes, ea introducunt, quæ aduerſa ſunt reuelatæ doctrinæ, quam Apoſtoli, Patres, & Doctores Apoſtolici prædicarunt, quare meritò detecti hi hæretici à Sanctiſſ. Inquiſitionis tribunali (vbi quoq; plurimum laborauit S. P. N. Dominici Religio) partim ad veniam confugerunt, hæreſim abjurãtes & deteſtantes, partim juxta qualitatẽ delicti amandati: & rurſus hæc hæreſis ſopita. *Sed vltra* (vt dicit Apoſtolus) *non proficient, inſipientia enim eorũ manifeſta eſt*, tales enim eſt veritatis diui-

Hæreticorũ mos deſcribitur.

Digitized by Google

conditio, vt reuelata diuinitus veritas ab his pſeudoctoribus & Enthuſiaſmis nequeat ſuperari; & *dementia eſt* (dicebat S. Cyprianus 1. ep. 3. *non cogitare, neq; ſcire, quod mendacio non diu fallunt, noctemq; tamdiù eſſe, quamdiù eluceſcat dies: clarificato autem die, & ſole ſuborto, luci tenebras, & caliginem cedere, & quæ graſſabãtur per noctẽ latrocinia ceſſare*] vt factum eſt, dum qui Illuminati dici voluerunt, detecti ſunt tenebriones, & beſtiæ ſyluæ, quæ noctu graſſabantur, oriente verò ſole juſtitiæ, & veritatis, effugatæ, diuina prouidentia religioſiſſima Hiſpaniarum Regna præſeruante, & deſtruente altitudinem Satanæ, & pro mercede defenſionis fidei in dies dilatent Heſperides tentorium ſuum, vt noui orbis ſubjugatio, fructus ſit manifeſtus defenſionis Catholicæ fidei. Edicto quoq; locali cauit ſanctum officium, vt poſthac denuntiarent, non ſolum ejuſdem ſectæ homines, ſed & regulas, conſtitutiones, ſinaxes, reuelationes, & ecſtaſes quarumcũq; perſonarum denuntiarentur: aduertebant enim ſapientiſſimi iſti Inquiſitores, quò tendere ſoleant interdum ad quatienda etiã ipſa fidei fundamenta.

Hæreticorũ tandẽ fraus delitеſcere non poteſt.

§.

¶ Scribantur hæc in generatione altera, & populus (qui creabitur) laudabit Dominum. Ante hæc tempora detecti sũt Neapoli, quidam hæretici, quos merito ſynuſiaſtenoticos poſſumus appellare: Auctor fuit quidam Agnellus Arcerius, hic extaticum ſe fingens, prædicabat, quandam ſuam filiã à confeſſionibus vocatam Iuliam de Marco (ipſe certè ille Marcoſius ab Irenæo confutatus) quam ſuarum doctrinarum comitem habebat, donis diui-

Secta ſynuſiaſtenoticorum circa eadem tempora.

nis

nis repletam, aſſerens cæleſti lumine irradiatam, à Deo ad innumeros homines ſaluandos deſtinatam, à qua caſtitatis donum accepiſſe ſe profitebatur, quod omnibus communicare poterat, qui eius præcepta ſeruare vellent. Ipſi ergo cum Iulia authoribus, qui eorum ſectam ſequebantur, obedientiam pariter vouebant, vt ad lumen ſupernaturale recipiendum, quod illi promittebant, dirigerentur, iuxta eorũ beneplacitum, & vt ſanctimoniã Iuliæ venditarent. Ipſe cum ſequacibus in genua procumbens, Iuliam adorabat eo modo quo in Eleuſynis myſterijs Gentiles faciebant, vt ſcribit Clem. Alex. ad Gentes, pudor enim manum à ſcribendo retrahit: ſuos quoq; diſcipulos, vt ſuo animaret exemplo (hæc enim erat eius intentio) vt aſſeclæ, genituræ fluxibus, & illicita copulatione fædarentur, ſicut cum ſua Danae ipſe faciebat, eos incitabat, aſſerendo ijs actionibus experientiam fieri de caſtitatis dono, nullumq; in illis & alijs impudicis actibus eſſe peccatum dogmatizabat. Cumq; biennio circiter integro, cum hac Philumela commiſceretur (hoc enim omnes animi ſui motus, & ſuos œſtus referebat, tantum aberat, vt peccare diceret, ſed potius exinde lumen & charitatem augeri fateretur. Ipſe idem myſtes ad tremenda myſteria celebranda ſine exomologeſi accedebat, ea cæcitate percuſſus, vt putaret nullam labem ex illis immunditijs contraxiſſe, maximè cum Iulia, quam vnitam vocabat, & animam infinitæ perfectionis.

E fæculentis lacunis Gnoſticorũ hæc dogmata hauſta ſunt.

Ipſa verò Iulia ſanctam ſe jactabat, apparitiones, viſiones ſibi factas aſſerendo, & quod Chriſtũ Dominum in ſpecie pueruli vidiſſet ipſi blandientis,

Viſiones jactabat noua Philumela.

tis, & ſponſam ſuam vocantis, cui etiam ſacramentum Euchariſtiæ in ſpecie Sacerdotis aliàs adminiſtrauit. Aſſerebat ſibi à Deo conceſſum donum cõtinuæ, & ſupereſſentialis vnionis cum Deo, qua etiam peccata interna hominum cerneret. Aſſeclas multos, & qui familiariores, futuros participes doni continentiæ, & caſtitatis dicebat, cujus virtute deinceps, etiam ſi impudica opera exercuiſſent, non peccaturos; cæteros tamen ab ipſa independentes, defectu hujus luminis, & doni eadem opera patrãdo peccaturos. Dicebat ſe à Deo electam, vt ipſa prima eſſet, quæ Eccleſiæ talem doctrinam afferret, eãquè eſſe negotium, & altiſſimum myſterium animæ ſuæ, quod qui ſequerẽtur, prædeſtinati erant, qui deteſtarentur, cum difficultate ſaluandos fore.

Coguntur Scriptores impudicitiam pudicè refellere.

In his referendis & refellendis, dicam quod ſcripſit S. Hieron. 1. aduerſus Iouinian. c. 2. in fine. *Non moleſtum ſit lectori, ſi nauſeam eius & vomitum legere compellatur. Libentius antidotum Chriſti bibet, cum Diaboli venena præceſſerint. Audite patienter Virgines, audite quem referemus quaſo alium voluptuoſiſſimum concionatorem. imò ſyrenarum cantus & fabulas clauſa aure tranſite, veſtras ferte patienter iniurias, putate vos cum Domino crucifixo Phariſæorum audire blaſphemias.* Hæc è ſpecu deſerti velut Leo Virgines cuſtodiens detonabat S. Hieronymus.

Nouellus Marcoſius detegitur Gnoſticorũ Sectator.

Hujus ergo noui Apellis, Agnelli, re vera lupi, & nouæ Philumelæ tuba, Diaboli œconomus, grandis decipiendarum animarum muſcipula, erat Ioſephus de Vicarijs, eadem fuligine tinctus. Hic ſe à Deo electum aſſerebat ad prædicandum mundo Agnelli, & Iuliæ ſanctitatem, quos poſt mortem

miracula

Digitized by Google

miracula edituros vanus augur prophetabat. Gloriabatur ab his donum caſtitatis accepiſſe, factumq; eſſe participem myſteriorum animæ Iuliæ, cum qua carnalem habebat conſuetudinem, illud allegando; *nobis datum eſt noſſe myſterium*. & ad ſolicitandas Virgines dicebat, hoc ipſum donum caſtitatis à Iulia acceptum non amitti, ſi quis Virgini copuletur, Virginemq; ex congreſſu viri non amittere Virginitatis florem, quin potius ad majorem puritatem creſcere; in filijs enim, dicebat, Iuliæ vnus ſpiritus eſt, & vna caro; & hanc diſpenſationem à Deo factam animæ Iuliæ ex vi vnionis dictæ, tàm ſibi quã filijs ſuis, inſuper forè participes myſteriorum animæ ejuſdem, ſi fæda corporum ſecuta eſſet copulalio. Vetus fuit Corolobaſſæi impoſtura in deceptione mulierum, vt narrat Irenæus lib. 1. c. 9. quas ét vitiabat. *Seductæ* (dicebat verſutus) *participare te volo ex mea gratia &c. locus autem tuæ magnitudinis eſt, oportet nos in vnum conuenire: ſume primum à me & per me gratiam: adapta te, vt ſponſa ſuſtinens ſponſum ſuum, ſponſum cape eum, & capere ab eo, vt ſis qđ ego, & ego quod tu: conſtitue in te thalamum luminis, ſume à me ſponſum & cape eum & capere in eo. ecce gratia Dei deſcendit in te, aperi os tuum & propheta.* & illa (ſubdit S.) delira loquebatur vanè & audacter &c. Non ſecus iſte Impoſtor lucem & diuina charismata jactans veterem, & licentiorem comœdiam renouabat, ſecundam hanc conjunctionem vocans charitatis feruorem & donorum Dei participationem, lumen ſe habere jactans tenebricoſus. imò (ò blaſphemias tartareas) eſſe illã Sygiziam altiſſimum donum Spiritus Sancti & præparationẽ, ad

Hæc nefanda hæreſis ſimia turpitudinis Gnoſticorũ.

ſacram

ſacram Euchariſtiam ſuſcipiendã. Quando verò cũ alijs miſcebatur Impoſtor, ſpirituales conceptus enarrabat, omnes ſucceſſus ad Iuliam deferebat, illa in his diſpenſante. Omnia verò hæc addebat luminis defectu cognoſci non poſſe, & incapaces hujuſmodi luminis vel huic ſectæ infeſtos eſſe fermè præſcitos, & à Deo derelictos. Tandem ſe Sacerdotem fore prædicebat, ſuoq; miniſterio, mediantibus Agnello, & Iulia, infinitam hominum multitudinem ad Chriſtum adducturum. Hæc ſuis in occulto, alium Chriſtum in publico prædicantes, veterum Gnoſticorum more (vt ſcribebat Tertullianus) Romæ tandem publicè abjurarunt, die 12. Iulij 1615. & poſtea Neapoli eadem palinodia recitata.

Detecta hæc hæreſis tandem & ejurata.

Ergo hi fructus de Gnoſticorum ſemine, de quibus Irenæus aduerſus hæreſ. lib. 1. c. 1. nobis quidem orthodoxis dicebant neceſſariam eſſe bonam operationem. *Semetipſis autem non per operationem, ſed eo quod ſunt naturaliter ſpiritales*: & iterum, quod ſpirituale *quod ſemetipſis eſſe volunt; impoſſibile eſſe corruptelam accipere, licet in quibuſcumq; fuerint factis*, vel ſecundum aliam verſionem, in quibuſcunq; tandem *flagitijs ſceleribuſq; verſentur. Quemadmodum enim aurum* (dicebant) *in cæno depoſitum, non amittit decorem ſuum, ſed ſuam naturam cuſtodit cum cænum nihil viro nocere poſſit: licet ſemetipſis dicunt, licet in quibuſcumq; materialibus operibus ſint, nihil ſemetipſis nocere, neq; amittere ſpiritualem ſubſtantiam. qua propter & intimoratè omnia quæ vocantur, hi qui ſunt eorum perfecti operãtur, de quibus ſcripturæ confirmant, quoniam qui faciunt ea,*

S. Irenæus confutans veteres Gnoſticos recentitas hæreſes confutauit Illuminatorum & cæterorum.

Regnum

Digitized by Google

Regnum Dei non conſequentur] hæc Iren. ad verbum antequam naſcerentur Illuminati, & Sinuſiaſtenotici iſti, in Valentinianis tanquam in radice frutices iſtos confutans, vnde explicans ipſemet Sanctus opera illa materialia, ſubdit, nam & *quidam* carnis *voluptatibus inſatiabilitèr ſeruientes, carnalia carnalibus, & ſpiritualia ſpiritualibus perſolui dicunt.*] mox exemplificat de mulieribus circumuentis, quæ redeuntes ad Eccleſiam, infanda opera detexerunt, & alijs quæ à proprijs maritis abſtractæ, illis ſe copularunt: de alijs quoq; *cum quibus ab initio valdè modeſtè, quaſi cum ſororibus fingentes habitare, procedente tempore manifeſtati ſunt, grauida ſorore à fratre facta, & alia multa odioſa & irreligioſa facientes.*] & ſubdit Sanctus, quod illi Gnoſtici irridebant *nos* Catholicos, qui *per timorem Dei timemus etiam in mentibus noſtris peccare, arguunt quaſi idiotas & nihil ſcientes, ſemetipſos extollunt, perfectos vocantes, & ſemina electionis.* & nobis (infrà ſubdit) quos *Pſychicos*, id eſt animales vocant, *& de ſeculo eſſe dicunt, neceſſariam eſſe continentiam & bonam operationem, vti per eam veniamus in medietatis locum. Sibi autem ſpiritualibus & perfectis vocatis nullo modo*, quę oĩa ſi tàm Illuminatorum quàm horum Synuſiaſtenoticorum ſi conferantur, in eadem cathegoria locari poſſunt, & vidētur tàm hæ hæreſes quàm Gnoſticorũ Sorores & caligæ vnius panni.

Similia in Neognoſticis deprehenſa.

Excuſabit Lector ſcribentem, ſi in medium protulit quæ ſilentio aliàs obuoluenda erant, & ab oculis legentium remouenda: in vitium vitio coarctamur alieno, ſcribentem, ex ſacrorum PP. exēplis Irenæi, Epiphanij &c. oportuit venena indicare,

antidota præparãdo,& ille præcipuus fructus quoque eſt,errores indicaſſe breuiter, vt ab alijs diffuſius indicatæ confitentur,ſic ſcripſit Irenæus lib. 1. c. 35. *Aduerſus eos* (dicebat) *victoria* eſt ſententia *eorum manifeſtatio. & iam nõ multis opus erit ſermonibus ad euertendum doctrinam eorum manifeſtam omnibus factã. quemadmodum beſtiæ alicuius abſconditæ, & inde impetum facientis, & multos vaſtantis, qui ſegregat & denudat ſyluam*, & ad viſionem deduxit ipſam feram, *iam non elaborarit ad capiendam videntes, quoniam fera illa eſt, ipſis enim adeſt videre & cauere impetus eius, & iaculari vndiq; vulnerare & interficere vaſtatricem illam beſtiam, ſic & nobis cum in manifeſtum redegerimus omnia eorum abſcondita & apud ſe tacita myſteria, iam non erit neceſſariũ multis deſtruere eorum ſententiam*, in particulari oĩa capita refutanda nunc diffuſius, cum in proprijs locis confutanda ſint, *& ſimus non tantum oſtendentes* ſed & *vulnerantes vndiq; beſtiam.* vt faciemus infrà lib. 2. c. 20.

§.

A Gentilitate omnes hæretici ſuffurati ſub velamento viſionum errores propagarũt.

Sed non mirum ſi Diabolus eãdem ágens fabulam,ad ſectas hæreticorum propagandas ſub velaméto viſionũ proceſſit,quando ex Ioſeph 8. antiquit. c. 4. ſub ſpecie collocutionis cum Dijs,turpitudini & obſcœnitati viam quoq; aperuit. pauca proferemus. Nobilis quædam Romana Paulina nomine, à Duce nomine Mundo adamata, ex Ant. in 1. parte hiſtoriali,tit. 6. c. 21. §. 2. dolo capta eſt. Fingunt Iſidis Sacerdotes ab Anubi Deo deſiderari, læta ad templum accurrit de mariti licentia,Mundus ibi repertus,& ſub ſpecie Anubis,illa potitur,

potitur Sacerdotum ſuaſione, illa conqueſta de uiolata pudicitia apud Tiberium, Sacerdotes occidit, & Iſidis ſimulacrum in Tyberim projecit. Simile narrat Euſeb. 11. hiſt. Eccleſ. c. 25. ſub nomine enim Saturni hanc vel illam mulierem vocari ad templum fingebat Sacerdos Tyranus nomine, ibi mulier donarijs onuſta in conſpectu omnium claudebatur, januis clauſis & traditis clauibus diſcedebat, ſed per occultos cuniculos in templum intrãs, intra ipſum quoq; Saturni ſimulacrum cum muliere alloquebatur, deueniens ad irritamenta libidinis, donec conſternatæ mulieri vim inferret, qui detectus, meritas tandem pœnas luit. ſimile ab eodem narratur in templo Serapidis accidiſſe.

Sed famigeratiſſima Bacchanalium hiſtoria à quodam fatidico, initium ſumpſit, in hanc formam deſcriptãm ex Tit. Liu. dec. 4. l. 9. *Græcus quidam ignobilis in Hetruriam primum venit, nulla cum arte earum quas multas animorum corporumq; nobis eruditiſſima omnium gens inuexit, ſed ſacrificulus & Vates, nec is qui aperta religione, & propalam, & quæſtum, & diſciplinam profitendo animos errore imbueret, ſed occultorum antiſtes ſacrorum. Initio erant, quæ primo paucis tradita ſunt, deinde vulgari cæpta per viros mulieresq; additæ voluptates, religioni vini & epularum quo plurium animi illicerentur. Cum vinum animos, & nox, & mixti fæminis mares ætatis teneræ maioribus diſcrimen omne pudoris extinxiſſent; corruptela primum omnis generis fieri cæptæ, cum ad id quiſq; quò natura pronioris libidinis eſſet paratam voluptatem haberet, nec vnum genus noxæ, ſtupra promiſcua ingenuorum fæminarumq; erant; ſed falſi teſtes,*

A Gentilibus profluxerunt ſectæ condormientium & familiæ amoris, & eiuſmodi.

Vide in noſtra Analyſi tomo 1. præſcript. verbo condormientes.

falſa ſigna, teſtimoniaq; & indicia ex eadem officina exibant, venena itidem inteſtinaq; cades, ita ut ne corpora quidem interdum ad ſepulturam extarent: multa dolo, pleraq; per vim attendebant, occultabat vim quando præ ululatibus tympanorum & cymbalorum ſtrepitibus, nulla vox quiritantium inter ſtupra, & cædes exaudiri poterant. Idem ergo ille Dæmon qui ad idololatriam fouendam infanda Orgia mundo inuexit, cum hæreſibus poſtea innouauit à Simone Mago, & cæteris Gnoſticis incipiendo, per mediã ætatem proſequendo, per ſpirituales illos dictos ocioſos, per Dulcinum & Margaritam, Fraticellos, Beguinas, Beguardos, Adamitas, Condormientes Fratres amoris de domo charitatis, & nouiſſimè per canalem deueniendo ad Illuminatos, Synuſiaſtenoticos, *qui* (vt Seneca de vita beata c. 12.) *ad nomen aduolant voluptatis, quærentes libidinibus ſuis patrocinium & velamentum*, fingendo viſiones, ecſtaſes, & ne erubeſcerent. & in vitio gloriarentur, peccati quoq; ab ijs actibus abſtulerunt rationem.

Cap. 7. Quòd alij Impoſtores tentarunt fingere eiuſmodi reuelationes.

Multi ſub prætextu religionis ſeminant ſuperſtitiones.

PRæclarè ſcripſit idem Seneca de vita beata c. 3. *nemò ita cadit, vt non alium ad ſe trahat, primi exitio ſequentibus ſunt, hoc in omni vita accidere, nemò ſibi tantum errat, ſed alijs erroris cauſa & actor*, ſi hoc cernimus in facultatibus humanis hominum vitio accidere; quid mirum ſi multi religionis prætextu, juſtitiæ titulo palliati in ſuperſtitiones incidunt, & vanitates, & alios caſus impellant?

Hucuſq; varias technas recenſuimus hæreti-

corum

eorum, qui in Enthuſiaſmis fundamentum collocantes, introduxerunt ſectas perditionis; nunc de alijs Impoſtoribus qui intra Catholicæ ſinum deliteſcentes, ſimulatè viuentes, etiam ſi alioqui rectã habeant fidem, multis ob eorum impoſturas, & fictiones viſionum multis ſunt ſcandalo, & ruinæ. Egregiè de his diſſerebat doctiſſimus Abbas Trithemius lib. 1. de mir. virg. c. 6. *Quis enumeret dolos & fraudes hominum impiorum qui exiſtimationis vel terreni lucri cauſa, quicquid excogitant, audet, decipiunt ſimplices, prudentumq; ingenia fallentes, diuina ſimul & humana profanare non metuunt. Ex his quidam, vt aſſequantur quod cupiunt, falſa mentiuntur ſignorum miracula. Alij ſe viſione noctibus conſpexiſſe Angelos, nonnulli pretio conducentes homines patronos quaſi nuncios quoſdam ſignorum mittunt, per circuitum quorum induſtria ſimplices incitantur ad concurſum &c. Eoſq; dolos & fraudes in eiuſmodi nouitatibus commiſiſſe plurimos, vt de ſimilibus non immerito dubitemus.* Hæc ille, quæ diligenter perpendenda ſunt ad Impoſtores cauendos.

Fraudes multas recenſet Tritemius.

De quibuſdam Impoſtoribus mentionem facit S. Hieronymus ad Euſtoch. de cuſtod. virgin. exemplificans de quodam Antonio & Sophronio, quos Roma ipſa congemuit: *qui poſtquam nobilium introierunt domos, & deceperunt mulierculas oneratas peccatis, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes, triſtitiam ſimulant, & quaſi longa ieiunia, furtiuis noctium cibis protrahunt*: Similiter dicit de quibuſdam malis Clericis: *oſculantur capita matronarum, vt benedicere eos putes velle, ſi neſcias, pretia accipiunt ſalutandi*: illæ *interim quæ*

S. Hieron. multas ejuſmodi verſutias detexit & reprehendit.

Sacerdotes

Sacerdotes ſuo viderint indigere præſidio, eriguntur in ſuperbiam, & quia maritorum expertæ dominatum, viduitatis proferunt libertatem, caſtæ vocantur & Nonnæ; poſt cænam dubiam Apoſtolos ſomniant. Cœna dubia ex verbis Terentij in Phormione vocatur opipara: *vbi dubites quid primum ſumas*, poſt ejuſmodi lautas cœnas tales perſonæ ſe Apoſtolos videre & ſomniare mentiebantur. vide aſtutiam ſub colore viſionum delicias ejuſmodi Impoſtores emollitos. Hieron. ad Euſtoch. de cuſtodia Virgin.

Quædam poſt cœnas opiparas Apoſtolos ſomniabant

Aſtutia cujuſdam Impoſtoris.

Fuit & quidam amore captus cujuſdā mulieris, cumq; maritus in Angliā peregrinaretur, perſuaſit illi D. Michaelem Archangelum ejus amore fragrare, & poſtridie ad eam in ſua figura & habitu venturum, ſub ſpecie illius Impoſtor adueniens, ea potitur, ſed à proximis & vicinis mulieribus Impoſtor detectus, & captus, vltimo ſupplicio plectitur. Baptiſta Egnatius lib. 1. de Repub. Veneta c. 3. & Tholoſ. pag. 979. 980. 981.

Altera cujuſdam fingētis ſe loqui cum Deo.

Quidam Ioannes Bononienſis finxit per viſiones cum Deo loqui, & in tali opinione animos hominum confirmauit, vt idem crederent, inſuper & eius verbo mortuos ad vitam reuocari, in vrbis dominatum ſe inſinuauit, præfecturam geſſit armis circumſeptus. in ejus gubernatione ij remanebant in ciuitate vel pellebantur, quos ipſe (vt dicebat) diuinis admonitus oraculis, vel gratos, vel inuiſos Deo deprehendebat. Fulgoſi. lib. 1. c. 1. ex Guidone Bonato.

Alter fingebat jejuniū 40. dierū & noctium.

Antonius quidam inſignis Impoſtor, eximiam fingebat ſanctitatem, & cum cœlitibus & Deo conuerſari. abſtinentiam talem fingebat, vt per 40. dies

Digitized by Google

& noctes perpetuò jejunare creditus ſit, & à cuſtodibus (qui cameram ejus obſeruabant) ſi cibus vel potus ei adminiſtrarentur, neminem videntes, Angelos illum viſitare cælitus immiſſos judicabant. Verum ipſe in camera habebat candelas fiſtulatas, & in fiſtulis cannarum deliteſcebat farina infarta ex contritis phaſianorum & caponum carnibus Sacharo, & aromatibus conditis. Geſtabat etiam Zonam quandam ſimiliter fiſtulatam, plenam nectare, quod hypocraticum dicitur, & his delicijs epulabatur, vulgi tamen opinione ſanctus & abſtinentię admirabilis exiſtimatus. Tandem juſto Dei judicio vermiculis, & acerbiſſimo morbi genere abſumptus eſt, qui in Chriſtum Dominum, & Beatiſſ. Virginem plurimas contumelias, & blaſphemias jactans, miſeram efflauit animam inſignis Impoſtor, per Italiam & Hiſpaniam tanquam ſanctus diffamatus. eam hiſtoriam referunt Anton. Panormit. l. 1. de geſtis Regis Alphonſi c. 1. & Iouianus Pontanus lib. 2. de ſerm. c. 16.

Alter finxit cum Dæmone colluctatum.

Alius (ex lib. Scala cœli c. de orat.) in Eccleſia vberes lacrymas effundebat, de cauſa requiſitus, reſpondebat, tota nocte cum Dæmone fuiſſe luctatum, nec illum voluiſſe relinquere, donec vel daret ei populum, vel ſe redimeret eleemoſynis. Erat autem in craſtinum prædicaturus, rem exaggerat Impoſtor, vnde timens populus ne daretur Diabolo, copioſas dedit Impoſtori eleemoſynas, & hac arte deluſus eſt.

Magdalenę Cruciæ factũ horrendũ

Magdalena Crucia Cordubenſis in tanta erat ſanctitatis opinione, vt eo articulo quo cum cæteris ſodalibus Euchariſtiam ſumptura eſſet, cunctis

ſpectantibus

ſpectantibus & admirantibus vna è particulis deferebatur,& in os eius aduolabat admirante, & anxio Sacerdote, qui aduertebat vnam ex formis in Altari deſiderari. Aliàs vt ei hoſtia conſecrata inuiſenda exhiberetur,paries ſciſſus eſt, atq; diuiſus. Quæ omnia poſtea ipſa fatente, & ad meliorem frugem conuerſa præſtigijs tributa ſunt. nam cum ſextum ageret annum, cum Dæmone in forma nigri Æthyopis apparente fœdus inijt, 12. anno ad ſtuprum ſollicitata,incubo conſenſit,per annos 30. in eo nefario opere perſeuerans; non id nouum, nam FranciſcusPicus lib. de prænotion. à ſe viſum ſcribit octuagenarium per annos 40. cum ſuccubo Dæmone muliebrem formam aſſumente, congreſſum, eumq; (quem vocabat Hermionem) ſecum habuiſſe comitem.Alium ſeptuagenarium refert ſimili modo 50. & amplius annis cum Dæmone mulieris aſſumente formam ſuccubo commixtum, qui & igne abſumptus eſt. plura ſimilia Bod. 2. de æmon. c. 7. quæ Magdalenæ Cruciæ factum probant; vide Martin. del Rio lib.4. c. 1. q. 3. ſect. 3.

Alijs illuſionibus dementata eſt Vlyſſiponenſis illa, quæ pœnitentia tandem coacta eſt has impoſturas purgare.

Recens exemplum Impoſtoris. Recentiſſimus Impoſtor alius detectus eſt,qui ſanctitatem affectans, viſiones & hujuſmodi venditabat populis. Fingebat à cælo imaginem Deiparę illapſam, flores à terreſtri Paradiſo ſibi tranſmiſſos, quos pro magno munere grauioribus perſonis diſpenſabat. Finxit à S. Ioſeph. vulneratum fuiſſe in vno crure, ex cujus cruore (vulnus namq: effinxerat) panniculos aſpergebat,& veluti reliquias

diſpenſabat,

diſpenſabat, ſed detectus, meritò à S. Tribunali punitus eſt.

Altera phanatica mulier, quaſi B. Henricum Suſonem imitari vellet, artificioſè in ſua carne, ac ſi à Chriſto Domino illi fuiſſet impreſſa, crucem ſculpſit, & ſimiliter detecta eſt eius fraus, ſuo diſcens exemplo non ambulare in magnis, neq; in mirabilibus ſuper ſe. *Aliud exemplum.*

Sed pejora mala alij Impoſtores adinuenerũt, his viſionibus falſum cultum inducere tentantes, multa alijs dolis, vel fraudibus fingendo falſa miracula, imagines flentes, vel ſudantes inducendo. exempla apud Papon. 1. Rapſod. Areſtorum t. 1. areſ. 5. & 6.

Memorabile quoq; exemplum protulit noſter Fr. Ioannes Nider in ſuo Formic. lib. 3. c. 11. vbi hæc narrat. *Repertum eſt pueri cadauer iacens ſuper pinum, in quo cum nullum vulneris veſtigium appareret, exiſtimatum à vulgo à Iudæis puerum fuiſſe occiſum. Interim miracula fingebantur, concurſus & multitudo ciuium & peregrinorum occurrebat, & ſine vlla authoritate capella erigitur, & tanquam martyri cultus exhibebatur, cumq; varium de puero eſſet iudicium, alijs dicentibus quia bonus, alijs quia malus, aliò prudenter cadauer aſportatum eſt; credula plebs inhibitione etiam non obſtante, martyrij locum putatiuum frequentare cœpit, vbi pinus plantata erat. Inſilijt pueri cognatus qui cum ſe diuinitus inſpiratum, venditaret, pinum exiſtimato martyri ſanctificauit. Venit ad locum Sigiſmundus Romanorum Rex, & examinatis partibus & teſtibus negotij, multas interueniſſe fraudes agnouit. Inde pinus diſſecta, capella deſtructa, & omnis indebitus cultus ille euanuit.* *Impoſtorũ exemplar volentium introducere falſum cultum, ex Nider.*

Digitized by Google

Et ſubdit Nider idem ſimile factum eſſe Coloniæ circa adorationem Hoſtiæ conſecratę, quam miraculosè repertam aſſerebant, populus innumerus adorabat: detecta enim impoſtura eſt, & auaritię gratia id excogitatum eſt (vt dicit idem Nider) in Conciliabolo Baſileen. de hoc Officialis Coloniéſ. Vantreta per longam hiſtoriam me audiente contexit. Eodem tempore Magdeburgenſem Eccleſiam deceptam, ab Heinrico Can. & S. paginæ profeſſore audiui.] Hæc Nider.

Aliud ejuſdem exēplū

Sed ex Card. Baronio omnium inſtar exemplum aliud proferamus, ille igitur an. 1127. tom. 11. n. 10. ex Glabro lib. 4. c. 2. narrat, quod fuit quidam homo plebeius, mangonum callidiſſimus, qui è tumulis oſſa euellens à cineribus defunctorū hominum venditabat apud plurimos, in diuerſis apopheretis poſita pro SS. Martyrum, vel Confeſſorum reliquijs. *Poſt eiuſmodi illuſiones Gallias penetrauit, more ſolito colligens defunctorum oſſa quæ poſuit in capella & feretro, aſſerenda Angelica viſione reuelata ſibi eſſe oſſa martyris, quem fingebat, nomine Iuſti, concurrit populus expectans quoq; miracula, quæ permittuntur fieri à ſpiritibus malignis tentatoriè peccatis hominum præcedentibus, quod tunc proculdubio euidentiſſimè claruit, multimodæ quippe membrorum reformationes ibidem viſæ ſunt; ſed re vera dicere oportet fuiſſe praſtigias. Marchio eius loci ſimulacrum quod dicebant martyris ad ſe afferri iubet. Conſtruit Monaſterium in honorem Deiparæ D.N. & cum alijs Sanctis pignoribus collocare ſtatuerat. Poſt Eccleſiæ opus completum, ſtatuto dedicationis Eccleſiæ die accerſitis Epiſcopis in gyro ſedentibus & Abbatibus, inter*

Notabile exemplum relatum à Baronio de quodam Impoſtore.

Falſas reliquias dictus Impoſtor ſupponebat cujuſdam Martyris ficti, vt populum traheret.

quos

quos Abbas Villielmus. Ad feſtum quoq; venit dictus mango, qui precioſa ſanctorum pignora ſe allaturum promittebat, quorum quoq; certamina, & geſta, & nomina confingebat. *Adfui* (dicit Glaber.) *cum ſupra nominato Abbate, qui eum interrogans, aiebat. Apparet mihi noctu Angelus, narratq; ac docet, quæcumq; me velle ſcire nouerit, & tamdiù apud me manet, vſq; dum ego recedere compello. Cum verò ad hæc reſpondentes ſciſcitaremur, an vigil, ſeu in ſomnis hoc cerneret? ſubiunxit. Per ſingulas penè noctes eripit me Angelus de lectulo vxore mea ignorante, qui poſt multa colloquia ſalutans me, atq; deoſculans, recedit.* Sed quid dixerunt Epiſcopi? (Vide Dei admirabilem prouidentiam ſemper ſibi reſeruantem per quem mendacia deprehendat.) *Nos quoq; exploratum & calliditatibus intelligentes mendacium, cognouimus virum non Angelicum, quin potius fraudis & malignitatis miniſtrum: Epiſcopi verò perfecerunt Eccleſiæ conſecrationem, & oſſa illius profani cum alijs pignoribus reliquiarum collocarunt, exultante plebe, & multitudine fautorum, qui dicebant eſſe ea oſſa Martyris Iuſti, qui in Bellouatenſi Ciuitate paſſus erat, & caput vbi natus erat aſportatum fuit. Sed ego* (ſubdit Glaber) *qui rei nouitatem noueram, friuolum (quod dicebatur) aſſerebam, elegantiores tamen virorum perſonæ cognoſcentes figmenta fallaciæ, fidem dabant aſſertioni, quam protulerant. Nocte à Monachis viſa ſunt in eadem Eccleſia monſtruoſa phantaſmata, & à locello in quo erant oſſa formas nigrorum Aethiopum, exiſſe, & ab Eccleſia receſſiſſe. Sed licet plures ſanæ mentis deteſtabile figmentum abominandum clamarent, vulgus tamen ruſticanæ plebis in Iuſti nomine pro Iuſto venerãs*

olim in ſuo permanſit errore, (ſubditq;) *Nos autem idcirco iſta retulimus, vt à multiformis dæmonum, ſeu humanorum errorum, qui in orbe paſſim abundant præcipuè in fontibus, ſeu arboribus ab ægris incautè veneratis, caueatur.* Hæc ex Glabro.

Alia impoſturæ tempore S. Aug. & S. Martini.

Sed ſimilis impoſtura deploratur ab Auguſt. lib. de opere Monachorum. Erant enim quidam pſeudomonachi Impoſtores qui diſtrahebant lucri cauſa reliquias quas dicebant eſſe oſſa Martyrum. Sed Deus (vt in vita S. Martini legimus) ſimiles tandem impoſturas detexit. Et in exemplo allato egregiè Baronius aduertit [ſi non tunc inualeſcente vulgo ad defenſionem erroris, poſtea tamen emẽdatam conſtat fraudem illam, cum nec ibi, nec alibi remanſerit illius Iuſti Martyris memoria falſo titulo conficta] & hic diuinus eſt ſtylus tandem impoſturas detegere.

Aliud exemplum de impoſtura Albigenſiũ.

Simile factũ eſt in euertendo cultu quẽ exhibebant cuidam Arnoldo, quem Albigenſes tanquam Martyrem reuerebantur, fiebant enim in eius ſepulchro quædam mira, potius præſtigiæ, dæmonum arte fabrefactæ: contra verò pluuiæ miraculo tempore immenſæ ſiccitatis, Deus veram & orthodoxã fidem, & inſidias inimici detexit. eam refert ex Luca Tudenſi eximius P. M. F. Thomas Maluenda in annal. noſtri Ord. t. 1. an. 1220. c. 12.

Populi indiſcretio taxatur, quando non audit decreta majorum.

Vide candide Lector ex dictis exemplis, quã parum ſit plebis judicio deferendum, quando ſub velamine pietatis (vbi de cultu agitur) contra ſcitã PP. decreta majorum, leges ſacræ Apotheoſis, Pontificias conſtitutiones virgulam cenſoriam arripiens, nullo confecto proceſſu reclamantibus, ſæpè loco-

pè locorum Ordinarijs alicui perſonæ, vel exiſtimato Iuſto, non dum tamen vindicato, cultum deferre conatur, illud ſolum prouerbium arripiens: *Vox populi, vox Dei.*

Experta fuit quondam corona Aragoniæ (vt narratur ex Secretario Pij II. in eius vita, lib. 7. pag. 314.) cum velut Abſalon contra Dauid, Carolus in Patrem ſuum Ioannem Regem, Patremquoq; Ferdinandi, rebellaret; eius partes tuebantur Catalani, qui vt inobedientiam rebellis colorarent, veneno ſublatum confinxerunt. Rumor hic in populo excitatur, ad ejus tumbam multi confluxerunt tanquam ſanctum veneraturi: illico miracula euulgata, & ſenſim mirabilium fama percreſcebat, qui lepra, qui podagra, qui hydropiſi ſe liberatos aſſererent: tanta poteſt mentiendi licentia, non defuit qui aſſereret in ſancti viri ſepulchro abſciſſam ſibi linguam reintegratam. Vndiq; etiam ex extraneis Regnis factus eſt concurſus populorũ, & potuit vel fides alicujus aliquem ſanare, vel in alio ſponte ſua morbus abſcedere, ſed nihilominùs cuncta pro miraculis efficiebantur, & fama vires accreſcebat eundo, è culice cameli formabantur, Hircocentauri confingebantur, pro viſis audita narrabantur. Pendebant etiam in ſepulchro donaria cærea, argentea, velut beneficiorum receptorum teſſera. Conati ſunt etiam proceſſum de ejuſmodi nænijs formare, qui vbi ad manus Pontificis peruenit, impoſturæ detectæ ſunt, & veluti nebula à veritatis ſole omnis fictio diſſoluta eſt. Meritò olim à V. Syno. Chartag. c. 14. decretũ eſt ſub his verbis: *omnino nulla memoria Martyris probabiliter accipietur,*

Aliud exemplum falſæ veneration.

Fictio detecta eſt.

Concilij V. Carthag. decretum circa cultum reliquiarũ.

cepietur, niſi aut ibi corpus, aut aliqua certa reliquia ſint, aut origo alicuius habitationis, vel paſſionis fideliſſima origine tradatur, nam quæ per ſomnia, & per inanes reuelationes, quorumlibet hominum vbiq; conſtituuntur, omnino reprobentur.

Cultus quando eſt religioſus, quando ſuperſtitioſus.

Quid vero actum ſit cum multis, qui cum opinione ſanctitatis defuncti, contra mentem Epiſcoporum & Rom. Pontif. Iudex ipſa Roma, quæ vanitates, & inſanias falſas nunquam probat. Satis in Catholicorum animis firmum axioma eſt, nẽpè, non populi, ſed Romani Pontificis judicium in cultus materia expectandum eſſe. Summa impietas (dixit Magiſter orbis S. Th. Aquinas 2. 2. q. 81. a. 5.) quando cultus exhibetur, cui non debetur, vel eo modo quo non debetur. Certè indebitus cultus eſt, cum Eccleſia non probante, & multò magis cum reluctantibus Prælatis exhibetur. Rectè Hieron. in ep. ad Philip. (& habetur 11. q. 3.) *ſi quis ſanctum dicit non ſanctum, & rurſus non ſanctum, aſſerit ſanctum, abominabilis eſt apud Deum.* Ad quæ inconuenientia euitanda, ſacra Apotheoſis celeberrima eſt in Eccleſia, nam (vt dicit Innoc. III. in Canonizatione S. Homoboni) *vitæ & miraculorum* requiritur *atteſtatio*, vt quis reputetur ſanctus in militanti Eccleſia. Ratio redditur à Pontifice, quia freq̃nter Angelus malus ſe transfigurat in Angelum lucis, & facillimè ab indiſcreta plebe, vel Impoſtoribus multa fingi poſſunt, quæ multitudinem popularem ad cultum extimularet, quod nec popularis diligentia, & aſſertio, & authoritas firmare non poſſet. Sapienter Petrarcha dial. 11. de rem. fortu. dicebat. *Nulla pronior ad errorem vel præcipitium*

In canonizatione Confeſſorum vita & miracula requiritur.

via

Digitized by Google

via eſt, quam per vulgi veſtigia incedere : quicquid penè vulgus laudat, vituperio dignum eſt, nam vel eſt author, vel exagerator eſt famæ (vt habetur et ex Tertull.) Et præclarè Seneca lib. 2. de ira c.29. *Quæ narrata ſunt non debemus citò credere, multi mẽtiuntur vt decipiant, multi quia decepti ſunt.* & propterea ait idem: *de paruula ſumma iudicaturo tibi res ſine teſte non probaretur, teſtis ſine iureiurando non valeret, vtriq; parti dares aduocationem, daretur tempus, nec ſemel audires, magis enim veritas elucet, quò ſæpius ad manum venit* : quid vbi agitur de rerum ſumma, de exhibendo cultu defunctis hominibus? an vulgo eius judicium comittetur, eiq; reluctante judice aſſentiemur? *In itinere* (dicebat idem Seneca de vita beata c. 1. *decernendum, quò tendimus & qua, non ſine peritò aliquo cui explorata ſint ea in quæ procedimus, ſed in itineribus comprehenſus aliquis limes, interrogati incolæ non patientur errare, at hic tritiſſima via quæ eſt vulgi maximè decipit.* & ſubdit, *nihil magis præſtandum, quàm ne pecorum ritu ſequamur antecedentem gregem, pergentes non qua eundum eſt, ſed qua itur: atqui nulla res nos maioribus malis implicat, quam quo ad rumorem componimur.* & poſt plura c. 2. dehortatur ne quod vulgo peſſimo veritatum interpreti, probatum ſit, fidem adhibeamus. *Vox populi, vox Dei eſt*, cùm ſubordinata eſt miniſtris Dei, nam cum contra illos arietat, vel eos præfocat, vt idem ſentiat, quod ipſi contrarium etiam ſentientes, id non eſt ſequi Patrés Eccleſiæ, ſed ſeipſos. meritò Cæleſtin. PP. dicebat d. 62. *docendus eſt populus non ſequendus.* Populi acclamatio renitente Paſtore ſummo, non eſt canonizatio, nec fidei

Populi vox contradicẽtibus Patribus Eccleſiæ Dei vox dici non poteſt.

deuotio,

deuotio, imò via latè patens ad præcipitia & ſchiſmata, vnde ſuum ſubmittere debent in ejuſmodi, ſicut & in cæteris non dum ab Eccleſia Catholica deciſis ſuum judicium. Quare in facto Luciferi Caralitani humiliter ab Apoſt. Sede judicium expectandum eſt (vt declaret) quid de eius ſanctitate ſentiendum. Memini multis ab hinc annis ſecutus Baronium, opuſculum de hac re edidiſſe, & ipſum originale tradidi D. Bonfanti Sardo, qui petebat, vt quid ſentirem, aperirem : quod mihi reddi exopto; & donec firmioribus rationibus res non firmabitur, Annalium conditorem non deſero, deſerturus cum judicio Sedis Apoſtolicæ, quod valdè cupio, pro Lucifero pronunciabitur, qui tam indefeſsè pro defenſione Homouſij contra Arianos decertauit.

Cap. 8. E caſtris Hypocritarum eos Impoſtores præcipuè emanare.

IMpoſturæ, & falſitatis, Hypocriſis mater eſſe ſolet, vt hujus, ſuperbia, atq; calliditas, *nam* (vt dicit Iſid. l. 3. de ſummo bono) *quædam vitia ſpecies virtutum præſeferunt, ideò perniciosius ſuos ſectatores decipiunt, quia ſe ſub velamento virtutum tegũt, omnia poſſunt à ſimplicibus perpetrari vitia, ſimulatio verò & hypocriſis non committitur, niſi à malè aſtutis per calliditatem valentibus vitia ſub ſpecie virtutum cælare.*

Ad colorandas ſuperſtitiones Hypocritę & Impoſtor. ſolẽt erumpere

Ad colorandam ergo ſuperſtitionem religionis habitum, fictus, & Hypocrita aſſumit, ne irreligioſus deprehendatur, *cadens enim ab illa intima & ſecretiſſima luce veritatis, nihil eſt vnde velit placere*

ſuperbia,

ſuperbia, niſi fraudulentibus ſimulationibus, hinc enim & hypocriſis naſcitur in qua multum ſibi videtur cordati, qui potuerunt fallere & decipere voluerunt, ſcripſit Auguſt. in Gen. lib. 2. c. 30. Ad detectionem ergo hujuſmodi Impoſtorum, proſapiam nouiſſe triumphaſſe eſt.

Quadraginta Hypocritarum genera recenſet doctiſſ. N. P. F. Leonardus de Vtino Concionator egregius, qui vixit anno 1445. in ſerm. 14. 2. Domin. Quadrageſ. de peccato Hypocriſis; multa delibabimus, quæ ad noſtrum faciunt propoſitum, & Sanctorum documentis muniemus, quæ non habentur in eodem authore. *M. Leonardus de Vtino 40. enumerat Hypocrit. caſtra.*

Sunt ergo quidam qui adeò caſtè & mundè exterius ſe viuere fingunt, vt Angelorum nomenclaturam ſortiantur, ſed ijs aſſimilantur, de quibus dicitur Geneſ. c. 6. *videntes filij Dei filias hominum,* ſecundum aliam literam *Angeli Dei.* (erant hi ex familia Seth propter religionem tali nomine appellati ex Chryſoſt. & Cyrillo.) ſed illecebris carnis titillati filias hominum, ideſt alienigenarum in vxores acceperunt: Hi ſunt (ex Gloſſ.) illi mali, qui ordinis, vel gradus ſanctitatem habentes exterius Angeli videntur, intus verò Diabolici, mali ſpiritus imaginem præferentes. *Quidam Hypocritæ gaudent ſe appellari Angelorum nomine.*

Alij ſunt Hypocritæ (ex eodem Vtino) qui exterius rerum humanarum contemptum ſimulãt, & ſpiritus feruorem, vt à plebibus velut Apoſtoli habeantur, & vt viri Apoſtolici. Sed veri Apoſtolici (ex D. Paul. 2. Cor. 2.) *non adulterant verbũ Dei,* quod tunc fit (ex Greg. 22. moral. c. 22.) cũ aut de verbo Dei aliter ſentiunt, quam ſentiendum *Alij Hypocritæ Apoſtoli volunt at titulari.*

ſit (quod faciunt Hæretici) aut ex eo non ſpirituales fœtus, ſed adulterinos quærunt laudis humanę, quod & Hypocritæ faciunt.

Alij nuncupantur animæ ſimplices.

Sunt & quidam, qui vt ſimplices habentur abſq; dolo, & malitia exiſtimati, *animæ ſimplices* communiter vocari ſolent. Sed verè corde & corde loquuntur, aliud enim in ore habent, aliud in corde; contra quos ſcriptum eſt: *veh duplici corde*, & induunt veſtem ex lino lanaquè contextam, quippè qui (ex Greg. 8. moral. c. 31.) in locutione & actione, qua vtitur intus, ſubtilitatem malitiæ cooperit hypocrita, & ſimplicitatem foris innocentiæ oſtendit.

Alij vocantur jubilantes & ſaltantes.

Genus aliud Hypocritarum eſt, qui appellantur *exultantes & iubilantes in ſpiritu*, & ab Vtino vocabantur in ſua lingua: *li Balla in Chriſto*, quaſi ſaltãtes & choreas ducẽtes, vt magna de Deo ſentimenta habere videantur. Saltauit Dauid, ſed diuino inſtinctu, & ad ſe humiliandum, *vilior fiam pluſquam factus ſum* 2. Reg. c. 6. ideſt *intus in corde, & extra in corpore me vilem oſtendam* (ex Hug. Card.) Sed iſti ex his actionibus gloriam humanam aucupantur, & re vera viles coram hominibus apparere refugiunt (ex Gregor. 27. moral. c. 27. & ex Bernard.) & ſi uiles ab hominibus videri appetant, (& ſubdit Hugo) *hi ſunt Hypocritæ*. Verendum ne dum hi in pejora erumpant, non Dauidem imitentur, ſed *Piloſos* illos Eſai. c. 13. ideſt Dæmones, (ex Chaldæo & 70. vbi ſcribitur) *& piloſi ſaltabũt ibi*, nec enim ex humilitate ſaltant & tripudiant, ſed ex ventoſa ſuperbia. Sed hi *Piloſi*, *incubi* à DD. vocantur; & cum ipſis in nocturnis conuenticulis

Piloſi qui dicantur ab Eſai.

Sagæ

Digitized by Google

Sagæ tripudiant, & nefandas voluptates exercent, ex hypocryſi enim tandem multi ex his ad dæmonum caſtra conuolant, vt carnis fruantur voluptatibus.

Meminit etiam Damaſcenus in lib. de hæreſ. dictos quoſdam Hiecitas, qui in nonnullis Monaſterijs exiſtentes, cum per omnia Eccleſiæ authoritatem ſequerentur, Deum tamen contra morem Eccleſiarum adhibitis tripudijs, & ſaltibus laudabant dicentes: Moyſen tripudijs cantaſſe in ſubmerſione Ægyptiorum. Et pleriq; ſunt qui poſt repletum ventrem ſuſpiria effundunt, & iubilare ſe ſimulant. Sed bene Hugo de Clauſtro animæ: *norũt multi* (ait) *quod ſaturitatem ventris ſequitur leuitas corporis, & non ſanitas mentis*, vnde ſcriptum eſt Exod. c. 30. *ſedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere.* Nec ab his diſſimiles, qui in ore frequenter habent, *laudate Chriſto*, ac ſi Deum ſemper in corde geſtent, à quo abſunt longiſſimè, ſed bene Hieron. in quadam epiſt. *Hypocritæ ſunt, qui ſtrepitu labiorum Domino benedicunt, ſed nuda mente veritati contradicunt.* *Hiecitæ pſallebant tripudiantes & ſaltantes*

Eſt & aliud genus, qui nec interrogati verba reſpondent, ſed labijs protenſis ſpatulas contrahũt, & geſtu loquuntur, & eos perbelle depingit Seneca ep. 11. *docent artifices ſcenicos imitari*, & elegantiſſimè Hieron. ad Ruſticum. *Alij* (inquit) *ſublatis in altum humeris, & intra ſe neſcio quid cornicantes, ſtupentibuſq; in terram oculis tumentia verba trutinantur, vt ſi præconem addideris putes incedere præfecturam.* vide Victorium & alios exponentes illud verbum *cornicantes* ex Perſio. vocantur ab Vtino *Alij Hypocritæ dimidiata verba proferunt.*

Digitized by Google

lingua Lombardica *Bucca ſutta*, quam nomenclaturam Hieron. ad Euſtoch. prius quoq; expreſſit, quaſdam ſui temporis matronas deſcribendo : *non delumbem maturantem ſaltuam delicata ſecteris, quæ nunc ſtrictis dentibus, nunc labijs diſſolutis balbutientem linguam in dimidiata verba moderantur, ruſticum putantes omne quod naſcitur.*

Alij ſūt qui collum contorquent, vt humiles videantur.

Alij autem ſunt, qui collum cum loquuntur contorquent, vt appareant hominibus humiles, quos in ſua lingua Vtinus appellat *Capitorti*. Sed egregiè in hos inuehitur Clemens Alex. lib. 3. pædagogi c. 11. dicens : *in fortis viri vultu nullū oportet eſſe ſignum mollitiei, ſed neq; in nulla corporis parte.* (& infrà) *ſit pura facies, ſuperciliū non demiſſum, ceruix minimè ſupina, nec remiſſa membra corporis, ſed erecta, & ſimilia recto tono, qui in tonis eſt*: ſtatum verò corporis Hypocrita immutat, vt aliter appareat quàm ſit, & meritò in moral. Greg. eum repræhendit dicens, *quid eſt viſio* Hypocritæ, *niſi viſio phantaſmatis, qui hoc oſtendit in imagine, quod non habet in veritate?*

Alij Laici vilibus veſtibus & hujuſmodi ſanctitatem fingunt.

Quidam etiam ſunt Laici, qui maſtrucam induentes, quaſi capitium in ſummitate habentes illud protrahunt vſq; ad ſummitatem naſi, vt monſtrent ſe mortuos mundo, nihil videntes de terra. Induūnt quoq; vilia veſtimenta tanquam rerū humanarum contemptores, cum tamen intus oculos ſuos ſtatuant declinare in terram, diligendo terrena. De quibuſdam fœminis ſui temporis hæc dicebat Hieron. ad Euſtoch. de cuſt. virg. *ſunt quæ cilicijs vtuntur, & cucullis fabrefactis, vt ad infantiam redeant, imitantur noctuas & bubones.* & poſtea:

ſed

ſed ne tantum videar diſputare de fœminis, viros fuge, quos videris catenatos (cingulo enim ferreo ſe cingebant ad ſimulandam ſanctitatem) *quibus fœminei contra Apoſtolum crines, hircorum barba, nigrum pallium, & nudi patientia frigoris pedes. Hæc omnia ſunt argumenta Diaboli.* Deinde quò hypocriſim tendat deſcribit, in vſum, ſcilicet crapulæ & Veneris. de ijſdem videtur loqui ad Ruſticũ Monachum. *Videas nonnullos accinctos renibus, pulla tunica, barba prolixa, à mulieribus non poſſe diſcedere, ſub eodem manere tecto, ſimul inire conuiuia, ancillas iuuenes habere in miniſterio, & præter vocabulum nuptiarum omnia eſſe communia.* Sed quid Hieron.? *ſordidæ veſtes candidæ mentis indicia ſint, vilis tunica contemptum ſeculi probet, ne animus tumeat, ne animus ſermoq; diſſentiant.*

Id quoque accidebat tempore Hieron.

Aliqui ſic puritatem conſcientię affectare videntur exterius, vt tertio quoquè verbo, dicant: *in mia conſcienza*, & vulgo, & vulgari ſermone *conſcientiati* vocantur ab Vtino, ſed coram hominibus eam bonam conſcientiam oſtendunt, cum tamen coram Deo cauteriata ſit, vnde progreſſu temporis perdunt conſcientiam & famam, de his Hieron. epiſt. ad Celantiam de inſtitutione matris familias. *Quæ eſt tanta leuitas animi, quæ tanta vanitas, relicta propria conſcientia alienam opinionem ſequi, & quidem fictam atq; ſimulatam? Tu Virgo ſi laudabilis eſſe cupis, laudem hominum ne requiras, illiq; præpara conſcientiam tuam, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum &c.*

Alij vocantur conſcientiati.

Quidam verò alij ſunt, qui ſub ſpecie amicitiæ & charitatis alios decipiunt, & ſub prætextu

ſub-

Quidam ſub ſpecie deuotionis alios decipiunt.

ſubuentionis, & ſub pallio ſpiritus ditari volunt, alios expoliando, dando ad vſuram, vel etiam eleemoſynam impertiendo, vt majora recipiant. De his (quos *Chinellos* vocat Vtinus) ſcripſit Hieron. ad Nepotianum, *ſunt qui pauperibus tribuunt, vt amplius accipiant, & ſub prætextu eleemoſynæ quærunt diuitias, quæ magis venatio appellanda eſt, quam eleemoſyna; ſic beſtiæ, ſic aues, ſic capiuntur & piſces, vt matronarum in eo ſacculum protrahatur.* Plura alia ibidem Hieron. ad idem propoſitum, vide etiam Bernardum de hac ficta charitate loquentem ſerm. 83. in Cant. verſ. *ſuſpectus eſt mihi amor.* & ſerm. 42. in Cant. verſ. *noli aliter apparere foris &c.*

Quidam gloriam affectantes cupiunt haberi deuoti.

Sed & alij, qui cum interius vacui ſunt virtutibus, exterius gloriam aucupantes, deuoti videri volunt, & eo nomine gaudent appellari. *Nolo te* (dicebat Hieron.) *orare in angulis platearum, nec rectum iter precum tuarũ frangat aura popularis. nolo te dilatare fimbrias, & oſtentui habere philacteria, & conſcientia repugnante, Phariſaica ambitione circumdari. Quantò melius erat hæc non in corpore ſed in corde geſtare, & Deum habere fautorem non aſpectus hominum.* His affines illi qui volunt appellari diſcretos, qui ſub ſpecie deuotionis & diſcretionis, carni potiùs conſulentes, quàm ſpiritui, diſſuadent abſtinentias, & hujuſmodi, cum ſcire debeant diſcretionem non auferre jejunia, nec abſtinentias, ſed imponere illis modum; vnde meritò Hieron. ad Nepotianum. *Pinguis venter cum gignit mentem tenuem, tantum tibi ieiuniorum impone modum, quantum ferre potes.* Sed hæc multorum deceptio eſt, ex Greg. & habetur diſt. 41. *ſæpè vitia ſe ingerunt eſſe*

virtutes,

Digitized by Google

virtutes, ſed mentiuntur, vt tenacitas parſimonia, effuſio largitas, crudelitas zelus juſtitiæ, remiſſio pietas videri velit, ſed quæ operetur virtus diſcretionis Bern. ſerm 23. in Cant. egregiè ſcripſit.

Sed & alij emerſerunt, vocati *Gyrouagi Sarabaitis* illis aſſimiles (de quibus Hieron. & Auguſt.) qui nunquam domi conſiſtunt, & rejecta propria vocatione, & familiæ cura, Apoſtolico munere fungi volunt exhortandi, prædicandi, & hujuſmodi, quod & fœminæ quædam auſu temerario attentare voluerunt, quæ, vix ortæ, repreſſæ. His aptari poteſt, quod ſcripſit Hieron. ad Euſtoch. *Caue ne domo exeas, & velis videre filias regionis alienæ, quamuis habeas Patriarchas & Iſraele parente lateris, Dina egreſſa corrumpitur &c.* amplius: *Vulneraberis cum ſponſa, quæ circuit ciuitatem, nudaberis, & gemebunda narrabis: Inuenerunt me cuſtodes ciuitatis, percuſſerunt me & tulerunt pallium meum.*

Alij ſunt Gyrouagi aſſimiles Sarabaitis.

Quidam quando aliquid audiunt de Deo ſic ad cælum inhiare videntur, quaſi ſint intimi conſiliarij Dei, ac ſi manibus illud rapere videantur, & vocati ſunt ab Vrino *Grattacali*, de quibus Chryſoſt. in Matt. *non voce clamoſa pulſandus eſt Deus, ſed conſcientia placandus, quia non eſt vocis, ſed cordis auditor. Orans nihil nouum faciat, quod aſpiciant homines, nec voce clamet, nec manus expandat, nec oculos attolat, (vt Hypocritæ faciunt.)* loquitur S. de oſtentatoribus Phariſæos imitantibus. vide Bernar. 86. ſerm. in Cant. & Hieron. ad Nepot. de vita Clericorum. *Tot te regulæ quot ſpecies gloriarum percurrant. Vis ſcire quales Dominus quærat ornatus? habete prudentiam, iuſtitiam, temperantiam, fortitudinem,*

Quidam oculos habentes in terram, videri volũt cælum rapere.

dinem, his cæli plagis includere, hac te quadriga veluti aurigam Chriſti ad metam concita ferat. Nihil hoc *monili præcioſius, nihil hac gemmarum varietate diſtinctius.* Ex *omni parte decoraris, cingeris, atq; protegeris, & ornamento ſibi ſint, gemmæ vertantur in ſacculum.*

Alij ſingultus & gemitus fingunt

Alij gemunt, ſuſpirant, & in alios geſtus erũpunt, vt videantur ab hominibus: ſimul, & ſemel (inquit Vtinus) *eo temporis articulo truſantur*, & ab id dicti *Gabadei.* Sed clamat contra iſtos Bernardus ſerm. 2. *ſi maledictus, qui facit opus Dei negligenter, qui fraudulenter fecerunt quod merentur? fugiamus hanc duplicitatem chariſſimi, & à fermento Phariſæorum omnimodè caueamus. Veritas eſt Deus & tales quæſitores requirit, qui quærunt eum in ſpiritu, & veritate.* Et Hieron. ad Ruſticum: *Chriſtus arte non illuditur, ſe ipſos potiùs decipiunt.*

Alij affectatis geſtibus & greſsibus vtuntur.

Alij manibus & pedibus reptare videntur, & vt ſingulares appareant, terram lingere, ac ſi illam velint comedere, & ſunt dicti *Magnaterra*; item inſuper pectus contundere exorbitanter, ſed cõtra eos clamat Hieron. ep. ad Celantiam. *Humilitatem ſequere, non quæ oſtenditur, ac ſimulatur geſtu corporis fictaq; voce verborum, ſed quæ puro cordis affectu exprimitur.* Aliud enim eſt virtutem habere, aliud virtutis imaginem. illa deformis ſuperbia eſt, quæ ſuper quibuſdam humilitatis ſignis latet, neſcio .n. quomodo turpiora ſunt vitia cùm *virtutum ſpecie cælantur.* De quodam ejuſmodi Hypocrita refert Remigius lib. 1. de Dęmonolatria c. 11. ſolitum diebus Dominicis vmbilicotenus denudatum procumbere in Eccleſia, vna manu ſilicem, altera ſcu-

Exemplum cujuſdam Impoſtoris quod refert Remig. lib. de Dæmonolatria.

ticam

ticam gerens, illa pectus contundere, hac tergam dilacerare non ceſſabat. Idem faciebat in publicis ſupplicationibus, & illis ſolemnitatibus. Miſerebat primo plebs deinde mirari hominem cœpit, deinde certatim pecunias conferebat. Excipiebat illas hilariter, & in Noſocomium ſe recipiebat, quæſtu vberrimo reportato: ibi fomentis curabatur corpore, & ad futuras plagas indurato, & obfirmato, cibo potuq; ſe ingurgitabat, & hoſpites quos receperant obſcœnis, & turpibus dictis inceſſere. Re hac detecta in carcerem conijcitur. Interrogatus, quid cauſæ eſſet in hunc modũ ſe affligeret? reſpondit, non id facere vt aliquid expiaret, ſed vt plebem ad miſericordiam excitaret, & hac via pecunias corraderet, nec verbera illa tantum dolorem incutere, quantum opinione vulgi putaretur, nam ea jam occallebant, & herbis quibuſdam vteretur, quæ membris ſtuporem incuterent, ſenſumq; ad tempus adimerent. Magiſtratus ergo judicio, quo ſontes in Lotharingia puniri ſolent, fuſtigatus primo, deinde ferro candenti inuſtus relegatus eſt.

Sunt & alij qui vitia aliorum non reprehendunt, ſed potiùs palpant, quaſi mel habeant in ore, dulcibus verbis vtuntur ad adulandum, ob id dicti: *Mele in bocca.* Sed bene Ruſticum tali muniuit antitodo S. Hieron. de viuendi forma. *Ne credas laudatoribus tuis, imò irriſoribus aurem ne libenter accommodes, qui te cum adulationibus fouerint, & quodammodo impotem mentis effecerint, ſi ſubito reſpexeris Ciconiarum deprehendens poſt te colla curuari, aut manu auriculas agitari aſini, aut æſtuantem canis procendi linguam.* *Alij vitia palpant, & mellita verba ſimulant*

Alÿ dicti querulosi de Prælatis & magnatibus murmurantes.

In alio extremo erumpunt illi qui ſua leuigātes vitia aliorum defectus exagerant, (& vocantur *Queruloſi)* maximè Religioſorum & Prælatorum, trabes Hypocritarum more in oculis aliorum obſeruantes. Horum genus eleganti pennicillo depinxit Hieron. ad Ruſticum in Grumnij & hujuſmodi cenſoris perſona. *Teſtudineo* (Grumnius) *incedebat gradu ad loquendum, & per interualla quædā vix pauca verba carpebat, vt eum putares ſingultire non proloqui, & tamen cum menſa poſita librorum expoſuiſſet ſtruem, adducto ſupercilio, contractiſq; naribus, ac fronte rugata duobus digitibus concrepabat, hoc ſigno ad audiendum diſcipulos prouocans, tum nugas fundere, & aduerſum ſingulos declamare. Creticum diceres eſſe Longinum, cenſoremq; Romanæ facundiæ; notare quem vellet & de Senatu DD. excludere. Hic benè nummatus plus placebat in prandÿs. Nec mirum ſi qui multos ineſcare ſolitus erat, facto cuneo circumſtrepentium garrulorum procedebat in publicum: intus Nero, foris Cato, totus ambiguus, vt ex contrarÿs diuerſiſq; naturis vnum monſtrum nouamq; beſtiam diceres eſſe compactam, iuxta illud Poeticum.*

Egregia documenta S. Hieronymi.

Prima Leo, poſtrema Draco, media ipſa Chimæra.

Nunquam ergo tales videns, nec eiuſmodi hominibus appliceris, nec declines cor tuum in verba malitiæ, & audias: ſedens aduerſus fratrem tuum loquebaris: & molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, ipſi autem ſunt iacula &c.

Alij nequiter ſe humiliant, & vocari Sanctarelli affectant.

Alij ſic ſuas actiones attemperant, vt ex ore, viſu, geſtu ſanctitatem ſpirare videantur, ſe omnibus pejores dicentes, licet multoties ſeipſos, vt juſtos ſe venditant, & aſpernantur cæteros, & vocari

conſueuerunt

Digitized by Google

conſueuerunt *Sanctarelli*, qui potius ſunt ſanctitatis affectatores. *Qui* (ex Iſid. 3. de ſummo bono) *eiuſmodi eſt, non eſt diſcipulus Chriſti, ſed prauitatis ſectator exiſtit, quia non pro Deo, ſed ſeculi honore ſtudet portare crucis honorem.* Et ex Hieron. in ep. olis *perfacile eſt aliquem habere veſtem contemptam, ſalutare ſubmiſſius, oculiſq; deiectis humilitatem & manſuetudinem polliceri, ſuſpirare crebrius, & ad omne verbum ſe miſerum & peccatorem proclamare.* Hac via, ſub ſpecie ſanctitatis fictis verbis de perſonis & rebus, quas expilant, negotiantur.

Sunt tandem alij qui ſimulant viam ſpiritus & deuotionis, de nulla alia re loquentes, nihil aliud ſe meditari ſuadentes, eo fine vt magni viri, & ſpirituales videantur. contra quos egregiè inuehitur S. Proſper lib. de vita contemplat. ijs verbis. *Hi ſunt qui ſermone tantum, non opere ſeculo renunciaſſe contenti ſeculariter viuunt; & vitia ſua inani profeſſione vitæ melioris abſcondunt, ac religionis nomine imaginariæ palliati, opinionem virtutis pro virtute ſuſcipiunt.* De his in Oſea ſcribitur: *Scito te Iſrael ſtultum Prophetam, inſanum virum ſpiritualem, propter multitudinem iniquitatum tuarum multiplicata eſt amentia tua. Inſanum* (ait Rup.) *poſt ſpiritualia nequitiæ euntem* (vel ex alijs) *virum ventoſum (pro virum ſpiritualem) diligentem vanitatem*, & quærentem mendacium, vt faciunt Hypocritæ.

Alij vt habeant ſpirituales, viam ſpiritus ſimulant.

Super hos Hypocritas, & viros ſpirituales ventoſos, ſuperbos omnis impietas, & in horum congregatione libentèr malignus ſpiritus reſidet, juxta illud Iob 40. *ſub vmbra calami ſedet.* vbi Hugo noſter Cardinalis ait: *vmbra ſpeciem corporis*

In his caſtris Dæmon moratur.

Digitized by Google

Ponderanda hic Hugonis Card. doctrina.

habet, ſed non virtutem, & hypocriſis ſpeciem ſanctitatis tenet exterius, ſed interius rem veritatis non habet & adducit ad hoc propoſitum illum locum Ezech. 31. *cumq; extendiſſet vmbram ſuam in ramis eius, fecerunt nidum omnia volatilia cæli.* vbi idem Hugo: *Per vmbram intelligitur Hypocriſis, vel ſimulatio ſanctitatis. vmbram ergo ſuam extendit, qui famam ſuam & ſanctitatem dilatare intendit, & tunc in ramis eius nidificant aues: id eſt in operibus ſuis ſimulatis quieſcunt, qui dicuntur volucres. Matt.* 13. cauendi ergo ſunt Hypocritæ ventoſi, in quibus tanquam in vmbra quieſcunt Dæmones, & ad omne malum inſtigant. Et plerumq; ex his omne malum egreditur vanorum oraculorum, pſeudoprophetiarum quas fingunt, vt admirationi habeantur in populis. Et cum hi depræhenduntur & deferũtur, tanquam Impoſtores, vel affectatores ſanctitatis, vel pſeudopropheteę detegi ſolent. Hos ergo obſeruare decet fidei Quæſitores; in eos oculos dirigant; ex his enim fructibus jam recenſitis cognoſcent eos, vt docuit Saluator.

Cap. 9. Refutantur illi qui reuelationum modernarũ exiſtentiam negant, noſtriſq; temporibus hoc donum cæleſte dicunt ceſſaſſe, vel ad ſummum non dari, vt retro actis temporibus factum eſt.

FVit poſitio quorundam apud Nider in Prologo Formicarij c. 1. qui ejuſmodi querelas effundebant: *cur Deus modo nullis Eccleſiam ſuam pro fide tuenda miraculis Eccleſiam illuſtrat, & ad virtutes promouendas eandem ſicut olim reuelationibus illuſtrauit?* Perinde id erat, ac cum Iudæis conclamare:

clamare : *ſigna noſtra non vidimus , iam non eſt Propheta , & nos non cognoſcit amplius.* Signorum & prophetiæ dona ab Eccleſię aula receſſiſſe conclamantes : & c. 1. lib. 2. eèdem ſtatuit poſitionem. Noſtris quoq; temporibus adeò altas fixit radices eadem poſitio, vt omnibus modernis reuelationibus valedicant ; id refert P. Ribera tract. de reuelationibus, & alij quos refert F. Leander Granatenſis Ord. S. Benedicti in tract. intitulato *la luz de las merauillas* , diſcurſu 1. §. 5. non eſſe, ſcilicet, tam dulces & affabiles , ſicut in multis veterum Sanctorum vitis legimus ; dedecet enim (dicunt) diuinam maieſtatem nunc tam affabilitèr cum hominibus conuerſari.

Modernas reuelationes quidam in totum reijciunt.

Fundamenta ſunt ex Nidero lib. 2. c. 1. Primò, quia Iob 33. c. dicitur: *ſemel loquitur Deus, & ſecundo id ipſum non repetit.* Quid nunc opus eſt modernis reuelationibus, cum oĩa neceſſaria explicata ſint? Accedit Gloſſ. in d. cap. Iob. & etiam interlinearis : *Deus* (ait) *ſingulis priuata voce non reſpondit, ſed eloquium condidit , quod omnibus ſatisfacit.* & Gloſſ. margin. *Heliud præuidens quod ſcripturam ſacram Dominus condidit, & in ea publicis vel occultis cunctarum qq. reſponderit* (ait) *ſemel locutus eſt Deus & id ipſum ſecundo non repetit.* *1. Argum.*

2. In ordine agibilium ſi dubitare contingat de aliqua re lumen intellectus agentis id poteſt oſtendere, hoc autem inditum eſt in creatione animæ, de quo Dauid Pſ. 4. *ſignatum eſt ſuper nos lumẽ vultus tui Domine* ; & erat reſponſio ad illos qui dicebant : *Quis oſtendit nobis bona* ? *2. Argum.*

3. Non debemus ad modicum terreri, quando in *3. Argum.*

do in

do in nouiſſimis his temporibus inſtant tempora periculoſa, & in plurimum fœminas frequentius viſiones habere enarratur : ſunt autem mulieres faciles ad credulitatem, & decipi poſſunt magis quàm viri.

4. *Argum.* Vltimò, vt ſupra dictum eſt, in ſupradictis capitibus, ſunt modo tot Impoſtores, & in dies tot tragediæ Viſioniſtarum inſurgunt, vt prudentius ſit omnes explodere, quàm credendo illis ſe periculo exponere credendi fabellas & ſomnia. Egregiè notauit Hieron. ad Ruſticum, ſuo tempore extitiſſe *quoſdam ineptos homines, Dæmonum contra ſe pugnantium, portenſa confingere, vt apud imperitos & vulgi homines miraculum ſui faciant, & exinde lucra ſectentur.* vnde hujus epiſt. commentator Eraſmus dicit. *Mirum vt olim etiam fuerit hæc impoſtura, nã hodie quoq; ſunt præſertim inter eos qui ſolitariam agunt vitam, qui viſiones & Dæmonum infeſtationes (an fingant neſcio) certè narrant.* Hæc ille.

His autem argumentis non obſtantibus, ſit

I. ASSERTIO.

Aſſertio contraria. Dicendum eſt nunc & in Eccleſia perſeuerare reuelationum, & hujuſmodi gratiarum donum. Probatur 1. quia ex doctrina Apoſtolica Epheſ. 4. habemus quod *aſcendens Chriſtus in altum captiuam ducens captiuitatem dedit dona hominibus*, ſed quæ

1. *Ratio.* dona fuerint explicat Apoſt. ponendo 4. gradus; Apoſtolorum, Prophetarum, Paſtorum atq; Doctorum, Epheſ. 4. inſuper ex epiſt. 1. ad Corinth. c. 12. dedit & gratias gratis datas, id eſt, genera linguarum, diſcretionem ſpirituum, prophetias, & hujuſmodi. & quia hæc chariſmata data ſunt ad vtilita-

tem

tem Eccleſiæ, eaq; duratura ſit vſq; in finem ſeculi, durabunt etiam & chariſmata, & ne dum fuerunt in prima, ſed & intermedia ætate vſq; in vltimam ſenectam, & ſenium ipſius Eccleſiæ in majori vel minori frequentia prout Deus nouerit expedire.

2. Ex aſſertione ne dum Doctorum primorum ſeculorum, ſed & mediæ ætatis vſq; ad noſtra tempora. Dicere autem hos omnes deceptos, eſt Centuriatoribus arma miniſtrare, nam etiam hac via infirmarentur priorum temporum chariſmata. Commune autem hiſtoricis eſt diligenter veritatẽ indagare, ſine qua caſſus eorum labor eſſet; ſine illa namq; nullius nominis eſſent, & fabularum inuentores, & figmentorum enarratores haberentur: & ſi oratorem (ſic ſcripſit Quintil. 12. inſtit. c. 1.) opus eſt eſſe virum bonum, & à mendacio abhorrere, multò magis in ſcriptorum vitarum, & geſtorum SS. hominum, qui in virtutum exemplaria ꝓferuntur, id requirendum eſt. Amplius magna eorum pars de quibus ejuſmodi narrantur chariſmata, miraculis clari fuerunt, & in albo Sanctorum repoſiti, vnde non incredibile eſt mores, & chariſmata cum ſanctitate fuiſſe conjuncta. Et cum ſcriptores præceſſerint, & poſtea contentionem excitatæ, eſſentq; ijdem ambæ parti ignoti, vacui odio & amore: potiùs illis ſtandum eſt aſſertoribus ante litem quam (exorta, deinde lite) litigantibus, vtrũ verum ſit id de quo dicitur. *2. Ratio.*

Hoc argumento Magnus ille Auguſtinus Pelagianos perſtringebat lib. 2. contra Iul. *Verum & ſi tales non fuerint in his cauſis, quas ad ſe delatas & inter partes cognitas cum hi viuerent definierunt:* *Optimum ſimile ex S. Auguſtino.*

ad hanc

Digitized by Google

ad hanc tamen cauſam (nempè in controuerſijs de gratia) *tales erant quales quando de illa ſententias pertulerunt : nullam nobiſcum vel vobiſcum amicitias vel attenderunt, vel inimicitias exercuerunt, neq; nobis, neq; vobis irati ſunt , neq; nos , neq; vos miſerati ſunt. Quod inuenerunt in Eccleſia tenuerunt , quod didicerunt docuerunt, hoc filijs tradiderunt. Non dũ vobiſcum apud iſtos iudices aliquid agebamus, & apud eos acta eſt cauſa noſtra, nec nos , nec vos eis noti fueramus, & eorum pro nobis latas contra vos ſententias recitamus, non dum vobiſcum decertabamus, & eis pronunciantibus vicimus.* Et in omni judiciali controuerſia eorum judicium incorruptum eſt, qui ante omnes litem moram, quid deciſum ſit prius, & tenendum ſit, in alijs litibus, determinarunt ; vt pote ab omni odio & amicitia vacuæ , ignoti partibus , quid cẽſendum eſſet determinarunt ante omnem exortam litem. Ergo cum ante omnem litem inter Catholicos & Magdeburgicos circa reuelationes priuatas, quas vetuſti PP. antequam hi & illi naſcerentur, deſcripſerunt; quod poſtea impugnarũt, ex ipſa poſteritate reuincuntur , & illis vetuſtioribus, pronunciantibus, vel recenſentibus vicimus , & jam pridem acta eſt cauſa noſtra.

Iudicium veterum incorruptum ad præſentes qq. terminandas.

Quòd ſi actore non probante reus abſoluitur, cum non afferant vrgentia argumenta litigantes contra conteſtata dona omni tempore, ſi non omnibus, & paſſim, ſed quibus ea Deus dare voluit, qui ſiſtuntur tamquam rei abſoluendi ſunt , & ſcriptores noſtrorũ temporum clarebit non eſſe mentitos.

Centuriatores contra probatas viſiones ſolida nũ aſſerũt

In noſtra quoq; ætate ne detur locus fictionibus, quamuis ex decreto Apoſtolicæ Sedis prohibitio

bitio facta ſit, ne eorum qui cum opinione ſanctitatis mortui ſunt, ſcribantur, vitæ, geſta, miracula, reuelationes, & hujuſmodi; nõ id circo factũ eſt prę judicium veritati, quaſi omnia hæc falſa ſint, ſed ſolum ne authentica ſint, & examini, & diſcuſſioni datus eſt locus; vt veritate comperta, ſcribi, vel euulgari poſſint de licentia Sedis Apoſtolicæ: hoc autem non eſt viſiones, & hujuſmodi dona eliminare, ſed potius firmare, vt ſuo tempore canonizandorum ſanctitatem atteſtentur, & ſcripta authoritatem habeant.

3. Quia non eſt abbreuiata manus Dei vt hæc mirabilia nequeat operari, illuminat enim multas animas diuina ſapientia, & cum ſimplicibus multis ſermocinatio eius, & in animas ſanctas ſe transfert, & Prophetas, & amicos Dei conſtituit, & *à montibus æternis*; id eſt, præter reuelationes factas Apoſtolis, & Apoſtolicis, etiam per ætatem mediam, & noſtrorum temporum, effulgent humiles colles, & valles ſplendoribus chariſmatum diuinorum. Et non ſecus ad vocem illam Eliſęi pallium Eliæ ſuper aquas expandentis, aquas diuidit vt tranſiret Iordanem; ſic in virtute Chriſti qui velut pallium hæc dona Eccleſiæ reliquit, mirabilia operantur. Et ſicut Eliæ quoq; obtutus nec poterat inſpicere, quotquot ſibi Dominus reſeruarat, cui dicenti: *relictus ſum ego ſolus*, Deus reſpondit: *reliqui mihi* 7000. *virorum*; ita & ſi humanus aſpectus penetrare nequeat Dei amicos, quorum proprietas eſt hujuſmodi dona occultare, Deus tamen nouit, & cum expediens eſt, illos innoteſcere facit mundo, qui à mundo ſeſe abſcondunt, & in abſcõ- 3. Ratio.

 dito

dito faciei Dei reponuntur, à conturbatione curioſorum hominum, qui tales perſonas ſolent inquietare, ſciſcitando, orando, vt oracula dent, & ejuſmodi, quæ manifeſta vanitas eſt, & curioſitas.

Animæ dotatæ his charismatibus præueniuntur in benedictionibus dulcedinis.

II. ASSERTIO. ejuſmodi animæ dotatæ his fauoribus, etiam præueniuntur in benedictionibus dulcedinis, quas ſecum afferunt tanquam *manna abſconditum, quod nemo neſcit, niſi qui accipit*, Apocal. c. 2. vnde vel putare diuinos fõtes eſſe ſiccatos, nec torrente voluptatis aliquos potari, de humana ſapiẽtia deſcendit: Quare meritò dicebat Apoſt. 1. Cor. 2. *nos ſpiritum huiuſmodi non accepimus, ſed ſpiritum qui à Deo eſt, vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis, non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina ſpiritus, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes: Animalis autem homo non percipit quæ ſunt ſpiritus Dei, ſtultitia eſt enim illi, & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinatur, ſpiritualis autem iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur.* vbi S. Thom. lect. 3. in eum loc. ait. *Animalis homo dum ſtulta hæc reputat, ſignum eſt quod ea non capiat, quia homo ſenſui deditus non poteſt intelligere quæ ſupra ſenſum ſunt, & homo carnalibus affectus non intelligit, niſi bonum quod eſt delectabile ſecundum carnem: & homo ſpiritualis, qui ſpiritui Dei eſt ſubiectus, ſpiritualia cognoſcit certiſſimè & fideliter, tàm ex parte intellectus, quàm ex inflammatione affectus, & ideò ſpiritualis iudicat omnia, ipſe à nemine iudicatur, habet enim intellectum illuſtratum, & affectum ordinatũ per Spiritũ ſanctũ & de ſingulis, quæ pertinẽt ad ſalutem, rectum iudicium habet: ille autem qui non eſt ſpiritualis propter intellectum obſcuratum, & affectum*

inordinatum

Digitized by Google

inordinatum circa ſpiritualia bona ab homine carnali iudicari non poteſt, ſicut nec vigilans à dormiente. vnde qui in eiuſmodi donis negant affluentiam dulcedinis, & ſpiritualis conſolationis, propriam vocem ignorant, etiam ſi ſapientes ſint, & intellectu ſpeculatiuo prædit, nam boni, & ſi ad ſpeculationes inepti, magis guſtu, & amplexu experiuntur, quàm ſuauis ſit Dñs, & mel melius cognoſcit qui fauos comedit, quàm de melle diſputans, de quo argumento Gerſon, & Brachar. c. p. compen. pag. 102. vbi Gerſonem citat.

Multis ea dona dantur.

III. ASSERTIO, parcius tamen fatendum eſt, & rarius eadem dona tribuuntur nunc, quàm retroactis temporibus. Probř à ſimili ex S. Greg. hom. 29. qui & ſi jam non fieri miracula prima facie videatur aſſerere, id de neceſſitate, vel non ita frequenter ac prius, non autem quod nullo modo fiant, exponendus eſt, nam & multorum meminit & recenſuit, quæ ſua ætate facta ſunt. Et de dono linguarum raro concedi hoc donum patet, nam & ſi datum fuerit S. Vincentio, S. Franciſco Xauerio, & B. Aloyſio Bertrando, tamen regulariter nunc in conuerſione Gentiũ, oportet per interpretes declarari fidem, & Prædicatores diſcere ab illis linguam. Caiet. 22. q. 176. a. 1. ad 3.

Parcius & non adeò frequentius dona prædicta tribuuntur.

Multiplex autem aſſignatur eius rei ratio à Cai. eodem loco. Primò, quia hæ gratiæ gratis datæ, cùm ex diuina actione fiant, nullam præexigunt diſpoſitionem naturalem, vel moralem, nulla videtur efficax ratio ad quietandum intellectum, quare cum oporteat ſicut hodie non eſt in Eccleſia donum linguarum, niſi quia hæc omnia opera-

Donum linguarũ cur non ita tẽporibus noſtris frequẽter datur.

Digitized by Google

tur Spiritus S. diuidens ſicut vult, & quando vult, ita & in propoſito de dono prophetiæ & hujuſmodi dicendum, & ſi rarius, dantur tamen à Deo ſicut & quando vult etiam.

2. Cur non detur eiuſmodi donum linguarum in Eccleſia, ait id accidere ex tempore, ex defectu noſtro ad implendum Domini mandatum illud: *Rogate Dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam.*

3. *Rationes Caietani.* 3. Ex eod. Caiet. Eſt defectus noſtrę bonitatis, & pręcipuè in Prælatis quę multũ cooperari videt̃, quoniam bonitas quæ tolleret impedimenta gratię hujuſmodi, abeſt. Gratiam enim conſtat regulariter non dari apponentibus impedimenta, quamuis non daretur ex meritis, vnde & prophetiæ donum Prophetis ipſis tempore conjugalis actus impedient negatur] & idem dicendum in propoſito.

Alia ex Ricchardo de S. Vict. Tandem ex Richardo Vict. lib. 5. Beniam. majori c. 5. ex defectu dilectionis & progreſſus in vita ſpirituali, ſic ergo dicit: *Si enim quiſquis es, plenè perfectèq; diligeres, forte dilectionis tuæ nimietas, æſtuantiſq; deſiderij anxietas, in eiuſmodi te raperet, exceſſus, quales tibi ſuperius ex parte deſcripſimus. Ita ſanè ſi diuina dilectione plenè* (ſubdit) *dignus extitiſſes, ſi te idoneum exhiberes, fortè tanta luminis ſui claritate intelligentiæ tuæ oculos irradiaret, tanta intimæ dulcedinis ſuæ ſuauitate cordis tui deſiderium inebriaret, quæ te ipſum ſupra ſe ipſum raperet, & per mentis exceſſum in ſuperna eleuaret.* Vide nos ipſos deeſſe gratiæ Dei, & nos diſponere deſiſtimus ad percipiendos hos exceſſus anagogicos. & c. ſequẽti exponens illud: *Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum*

Digitized by Google

ſertum ſicut virgula fumi? dicit: *Vt ergo cæteris digna inueniatur, oportet animam ab eiuſmodi aſcenſione incipere, & primò quaſi per deſertum aſcendere. Verumtamen vt eadem ipſa velut virgula fumi fiat, (quamuis per deſertum fieri incipiat) oportet vt ſupra ipſum deſertum aſſurgat, alioquin mens ipſa in mentis exceſſum non raperetur, niſi ſupra ſemetipſam eleuetur, niſi ſemetipſam in imo deſerat, & ſeipſam deſerendo deſertum faciat, quo deſerto in morem fumi magis magiſq; in ſublimia tranſcendit.*

Ad rationes in oppoſitum reſpondetur.

Ad primam, illa verba non ſunt patientiſſimi, ſed Heliu injuſtè perſequentis S. Prophetam. Satis ipſi ſancto Prophetæ notum erat, quod Deus: *in manibus ſuis abſcondit lucem &c. & annunciat de ea amico ſuo*, arcana pectoris ſui reſerando. *Solutio ad 1*

Nec Gloſſ. negat fieri fidelibus has reuelationes, nec inficiatur, vt neq; quālibet Dei ſecretā locutionē, & eſſe ſpeciale donū Dei non diffitetur. Ad hunc effectum dona quoq; Spiritus ſancti dari fatendum eſt, quæ res reales ſunt, quibus anima faciliter mobilis fit à Spiritu ſancto ad operandum. At quid obſtat, vt ſimiliter fiat habilis diuino munere ad ſuſcipiendas reuelationes? Dedit quoq; ſacram ſcripturam Deus ad quæſtiones diſſoluendas, quæ pertinent ad credendum & agendum. Sed circa particularia quædam dignoſcenda particulares habet (quibus animas illuſtret) viſiones & reuelationes.

Ad 2. per lumē intellectus agentis noſcimus omnia quæ opus ſunt ad regimen, ſiuè Oeconomicum, ſiuè Politicam, ſiuè Ethicam; & in ſpecula- *Ad 2.*

bilibus

Digitized by Google

bilibus ad noſcendum quicquid eſt intra latitudinem objecti ſibi proportionati. Nullo tamen ſufficit modo ad cognoſcendum ſpeculatiuè myſteria diuina,& ea quæ pertinent ad directionem humanę vitæ reſpectu finis ſupernaturalis, vel aliqua particularia facta,quæ humanam effugiunt cognitionem. Non ſufficit naturalis illa cognitio,ſed opus eſt ſplendore aliquo gratuito, vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis.

Ad 3.

Ad 3. homo negotiator cœli quærit bonas margaritas ex 13. c. Matth. multoq; labore vnam inuenit, nam & ſunt margaritæ falſæ. nec hæ præjudicant veris vnionibus & gemmis. laudabiliores erimus veluti os Dei, ſi precioſum à vili diſcernamus, hoc eſt veras à falſis. Nec quia mulieribus fiunt, eas aſpernari ex hoc capite ſolo debemus, in ſpecie pares ſunt vir & fœmina,diſpares in judicio ob debilitatem complexionis,ſed viris frequentiùs deuotiores eſſe patet,ita S.Th. 2.2. q.82. a.3. ad 3. dicens: *ſimplices & mulieres his bonis deuotionis & contemplationis dotari*[*vnde ſoluens obiectionem tertiã, qua probabatur potius id viris quàm mulieribus attribui debere*]reſpondit. *Quicquid ad mbgnitudinem ſpectit, eſt occaſio quod homo confidat de ſe ipſo, & quòd non totaliter ſe Deo tradat, & inde eſt quòd huiuſmodi quandoq; occaſionaliter deuotionem impediũt, & in ſimplicibus, & in mulieribus deuotio abundat elationem comprimendo. Si tamen ſcientiã, & quamcumq; aliam perfectionem homo perfectè Deo ſubdat, ex hoc ipſo deuotio augetur.* Sic videmus viros doctos Deo ſe ſubdentes, ſpirituales maximè eſſe & contemplatiuos. Sunt multæ fœminarum vanæ, garrulæ,

Non quia multæ ſunt vanæ viſiones, omnes reÿcere debemus.

Digitized by Google

garrulæ, fateor. at quis omnes incuſabitur? præclarè S. Th. c. 13. in Matth. in fine, dicit ex Philoſopho: *quod populus multum paralogizatur, quia credit quòd in aliquo pares, in omnibus pares ſunt. vnde quando aliquis eſt in patria ſua, cum videt aliquem parem ſibi in aliquo vel genere, vel in alijs, credit quòd non poſſit eſſe maior.* Similiter paralogizatur ꝓpter multas mulierculas quæ ſomniant, omnes tales exiſtimare, vt quia pares in ſexu ſunt, pares in mendacijs ſint.

Ad vltimum, turpis quoq; paralogiſmus committitur ſingula generum impetere, quia omnia, vel aliqua genera ſingulorum impetuntur: & à diſtributiuo ad collectiuum non poſſumus procedere, vt quia aliqui homines impoſtores, & ſomniatores reperiuntur, omnes tales eſſe exiſtimentur. Rectè dicebat Seneca lib. 3. de ira c. 16. *Ad conditionem rerum humanarum reſpiciendum eſt, vt omniũ accidentium æqui ſimus iudices; vnde iniquus eſt, qui commune vitium omnibus obiecit*: multò magis ſi ꝙ particulare indiuidui alicuius eſt, omnibus tribuatur. *Ad 4.*

Et ad authoritatem Hieron. non vniuerſas viſiones improbat omnium; ſed Impoſtorum illorũ, & commentarius illius epiſtolæ Eraſmi eſt, qui ad carpendum promptulus cum alijs Mathçologis ad ſolitarios Religioſos eas impoſturas extendit, imò ex hoc probatas alias viſiones habere debemus, quæ ſufficienti authoritate & teſtimonio probationem accipiunt, vt ibi dicit S. Hieron. his verbis: *Quæ culpa Chriſtiani eſt nominis, ſi ſimulator Religionis in vitio ſit? Quinimò confuſio gentium cum ea viderint* *Eraſmus carpens viſiones arguitur.*

derint Eccleſiis diſplicere, quæ bonis omnibus non placent. Diſplicet ſummopere Eccleſiæ, quod falſæ pro veris reuelationibus venditentur, vnde in Cõcil. Lateran. ſub Leone x. ſeſſ. 11. conſtit. 15. quæ incipit: *ſupernè*, contra illos prophetantes de vltimo mundi die decretum editum eſt: & voluit vt *tales aſſertæ inſpirationes antequam publicentur, aut populo prædicentur, ex nunc Apoſtolicæ Sedis examini reſeruentur.* & pœnam apponit excommunicationis latæ ſententiæ contra eius decreti tranſgreſſores. Similiter ex decreto Vrbani VIII. ejuſdem Sedis Apoſtolicę reſeruantur examini reuelationes ſeù viſiones, & hujuſmodi, & vita eorũ q cũ opinione ſanctitatis defuncti ſunt, ſine probatione ejuſmodi, deſcriptas inhibent, & apochryphas ſtatuit.

Concil. Later. ſub Leone X. decretum contra pſeudoprophetas.

Sapientèr ergo dicemus cum Seneca de vita beata c. 3. *quæramus aliquid in ſpecie bonum, ſed ſolidum & æquabile, & à ſecretiori partè formoſius* (ſicut qui quærit bonas margaritas) *hoc eruamus: nec longè poſitum eſt, inuenietur* (ſi regulas attendamus eiuſmodi diſcretionis) *ſcire non opus eſt in quo manum porrigas, nunc velut in tenebris vicina tranſimus* poſteriorum temporum, *offenſantes in ipſa quæ deſideramus.* & quia non habemus ſenſus exercitatos ad diſcretionem boni & mali, inde eſt quòd multoties improbandas probamus, & probandas improbamus. De qua re poſtea.

Seneca pulchra ſententia.

Cap. vlt.

Digitized by Google

Cap. Vltimum. Quomodo ſatis leues corde ſunt, qui omnibus reuelationibus eiuſmodi à quibuſuis aſſerantur, illicò fidem adhibent. Quare meritò prudentes Confeſſarij, & Iudices Eccleſiaſtici, Inquiſitores maturè procedere debent, & re penitus non perſpecta, iudicium potiùs ſuſpendant, & in negatiuam partē potiùs inclinent, quàm eiuſmodi viſionibus applaudant.

SVnt è contrario quidam adeò nimis creduli, qui abſq; vlla conſideratione, & diſcretiuo ſapore per aliud extremum incedentes, omnes viſiones probant, quæ proferuntur. Sunt hi qui alijs oppoſiti, aliud extremum gradientes, non quidem ſuillo affectu bonas margaritas conculcantes, ſed omnem ſcoriam, argentum, ſcruta; ramenta, bracteas, verum aurum exiſtimantes. Hæc igitur duo extrema per omnia vitanda ſunt, & de primo extremo, ſuperiori capite dictum eſt, nunc de alio diſcurrendum.

Duo extrema vitanda in ejuſmodi recipiendis reuelationibus.

S. Bonauentura de hoc altero extremo loquēs in lib. 2. de perfect. Religioſ. c. 1. ſapientiſſimè nos inſtruit, quomodo nos gerere debeamus. *Reuelationes* (ait) *ſecretorum & viſiones, & imaginariæ demonſtrationes ſunt eiuſmodi naturæ (quòd in his) quidam de veritate aliquando erudiuntur, & plurimi.* His *autem* (ſubdit) *tantò minùs immorandum eſt, quantò frequentiùs eis innitentes decipiunt, & minor profectus eſt in talibus ſi vera ſunt; licet* à rudibus & *ſpiritualium rerum ignaris magnæ ſanctitatis, & ſapientiæ virtus in huiuſmodi conſiſtere exiſtimetur. & horū* (ait idem Sanctus) *quidam ſunt qui ſunt illuſi, plurimi*

Notabilis doctrina S. Bonau. de non affectandis reuelationibus.

Digitized by Google

rimi ſunt, qui illudunt *eas fingendo, vel componendo, aut veras exiſtimando.* Frequentia quoq;(ex eodem Sancto) ſuſpecta debet eſſe , nam ſi olim viſiones fuere frequentiores, magis erant neceſſariæ. vnde pede plumbeo incedendum, poſtquam vitio hominum degeneraſſe vidimus ſæpiſſimè in auenas & fructus Gnoſticorum, Beguinarũ, Illuminatorum , aliorum Impoſtorum ob quæſtum , gloriolam , lucrum, & ſimiles peruerſos fines.

Frequentia reuelationũ debet eſſe ſuſpecta.

Sæpè humana mens ex ſimilitudine vitij cum virtute decipitur. *Sunt* (dicebat Seneca ep. 120.) *virtutibus vitia confinia, & perditis quoq; ac turpibus recti ſimilitudo eſt* : propterea (ex eodem) cogit *ſimilitudo attendere & diſtinguere ſpecie quadam vicina, re autem plurimum inter ſe diſſidentia.* In luce ſimile videntur bonus & malus Angelus, ſed valdè diſſimiles, quia bonus filius lucis eſt,malus indutus habitu tenebrarum , transfigurat ſe in Angelum lucis.

Decipiũtur homines ſpecie & ſimilitudine virtutum.

Sed & tot ſunt circumſtantiæ ponderandarum viſionum, vt patebit in ſequenti parte , vt vna detracta, vel appoſita,poſſit judicium variare. quare difficile eſt ex variatione circumſtantiarum, vel ſuperuenientium indiciorum formare irrefragabile judicium , propterea caſus morales in indiuiduo difficilem habent terminationem ; & ſi Regulæ traditæ à DD. pro hujuſmodi diſcretione multùm præſtent ad harum rerum notitiam , non plenam ſubminiſtrãt reſolutionem emortuæ paginæ. *Quædam* (dicebat Seneca ep. 22.) *nonniſi à præſente monſtrantur. Non poteſt medicus per epiſtolas,cibi vel balnei tempus eligere ; vena tangenda eſt. Vetus proverbium*

Ponderandæ circumſtantiæ viſionum.

Experientiæ ſit judicium quoque diſcretiuũ, & non ſolis paginis mortuis

verbium eſt gladiatorem in arena capere conſilium, aliquid aduerſarij vultus, aliquid manus mota, aliquid ipſa inclinatio corporis intuentem monet. Quid fieri ſolent, quid oporteat in vniuerſum mandari poteſt & ſcribi, tale conſilium non tantum abſentibus, ſed & poſteris datur, illud alterum quo fieri debeat, aut quemadmodum ex longinguo nemo ſuadebit, & rebus ipſis deliberandum eſt. Non tantum præſentis, ſed vigilantis eſt occaſionem obſeruare properantem &c.

Senecæ notabilis doctrina.

Præſentium & vigilantium documenta DD. cum poſcuntur, bona quidem ſunt, ſed hoc maximè intereſt & pertinet ad conſultores & Inquiſitores, qui ſuppoſitis Doctorum documentis, quid judicandum, quomodo ſit occurrendum in ſingulari & in caſu melius ponderabunt. *Artifex* (dicebat idem ep. 121.) *inſtrumenta ſua tractat ex facili: rector nauis ſcit gubernaculum flectere; pictor colores quos ad reddendam ſimilitudinem multos, varioſq; ante ſe poſuit, celerrimè denotat, & inter ceram opuſq; facili vultu & manu commeat*, & ad exprimendam imaginem ex præſentia eius cujus imago depingitur, faciliùs quàm ſi ſit abſens lineatur.

Præſentium conſultorū conſiliatio quantum faciat in judicijs Inquiſitionis.

Magni ponderis eſt hoc judicium, quando ex conſilijs Conſultorum & Qualificatorum res ad vivum reſecantur, & diligentèr minutiſſima quæq; conſiderantur, ne à virtute deuiet judicium. *Bene* verò omnis ſapiens (ex Seneca ep. 110.) *conſulet, ſi ſecum aliquem aſſumpſerit*, vel alios conſocios habeat, *prodeſſe enim inter ſe ſapientes poſſunt*, per mutuam collationem, diſquiſitionem, optimum enim conſilium, optima forma judicialis conſequitur.

Quando p conſilium ſcopum attingimus.

Accedit experientia cauſarum & præceden-

Digitized by Google

Experientia & caſuum præcedentiũ memoriæ multum facit ad judicium.

tium caſuum, & factorum memoria, vt hæc experientia non paruam inquiſitioni lucem afferat. Incorrupta tractandorum ratio non turbat oculum conſulentis, vel judicantis in hoc ſacro Areopago; & inuicta fortitudo ne humana potentia, vi vel metu ſic judicantes confirmat, vt non vereantur faciẽ potentis, nec perſonas accipiant ne veritatem prodant, ſecuri etiam in certamine, & diſcrimine poſitos Deum juvare, & exurgere vt judicet cauſam ſuam, illoſq; dirigere vt detegant falſitates & impoſturas, quas in religionis materia obtrudere velle perniciosiſſima res eſt, & immane ſacrilegium.

S. Tribunalis incorruptum judicium.

Quantum Deus adjuuet Inquiſitores & conſultores.

Immobiiitatem quoq; eximiam Deus ſubminiſtrat, vt etiam contradicente, & obloquente vulgo ex indiſcreta pietate Viſioniſtis iſtis affecto, qđ imperſuaſibile interdum eſt, non declinent ad murmur & obloquutionem eorum, neq; declinent ad ſiniſtram, neq; ad dexteram. Sapientèr ad eius judicium non attendunt. Obijciebatur Senecæ: vt *vulgi iudicium* conſiderare deberent ſapientes, *quia* (dicebant c. 2. de vita beata) populi *maior pars eſſe videtur*. quid ille? *ideò peior eſt. Non tam bene cum rebus humanis agitur, vt meliora pluribus, placeant, argumentum peſſimi, turba eſt. Quæramus quid optimè factum ſit, non quid vſitatiſſimum, & quid nos in poſſeſſione felicitatis æternæ conſtituat, non quid vulgo peſſimo interpreti probatum ſit; vulgum autem tàm clamydatos quàm coronam voco; non enim colorem voco veſtium, quibus prætexta corpora ſunt, aſpicio, oculis de homine non credo, habeo melius certiuſq; lumen, quo à falſis vera diiudicem.* Non curent ſapientiſſimi PP. vulgi dicteria, etiam ſi prætextati & candi-

Vulgi judicium non exiſtimandum.

dati

dati ſint applauſores in hujuſmodi judicandis perſonis, habent enim certiùs lumen quo veras à falſis diſcernent viſionibus, habent DD. habent directorias regulas, habent Apoſtolicam authoritatem ſibi impartitam, ſapientum & congregationum collationes, Spiritus S. auxilium, quo tanquam canes venatici prædam deprehendant.

Quod ſi conſulentes, & Iudices à quadam ſpecie pietatis impellerentur ad Viſioniſtas ejuſmodi ſine delectu examinatas inclināt comendandas, laudandas, dimittendas, meminerint commune Doctorum eſſe documentum, ne Confeſſarius, Conſultor, vel Iudex talis perſonæ tanquam ſanctam vel miretur, vel laudet: obſiſtendum omnino eſt, increpanda talis perſona duriter, ſpernenda & informanda, ne ſublime ſapiat, ſed ad ſobrietatem, nam ſuperbia eſt quæ meretur illudi. Admoneant ad ſuperbiam pertinere nolle acquieſcere; & ſi plus ſibi velit inniti quàm ſapientum, & miniſtrorum Inquiſitionis judicio, qui Dei exercent judicium, tunc enim *quaſi peccatum ariolandi eſt nolle acquieſcere*. Nullatenus dubitandum eſt, & ſi verò lumine, quæ viſiones patitur, illuſtretur, lumini miniſtrorum Dei non contrariatur, verùm namq; vero non contradicit, nam quòd inquirant Iudices Eccleſiaſtici & rigorem exerceant, à Spiritu S. eſt, vnde erudiri ſe patiantur ejuſmodi perſonæ, nam tandem non patietur Iudices eludi, nec patientem ejuſmodi viſiones illudi. His probationibus non extinguitur ſpiritus, quem non extinguendum volebat Apoſtolus, ſed veluti ignitus carbo ſub cinere, & humilitate reconditus magis ſeruatur, & flabellatus

Nec Inquiſitores, nec Directores animarum applaudere debent ijs, qui ejuſmodi reuelationes venditant.

Vtilitas magna prouenit, ſi tales perſonæ repulſam patiantur, donec probetur ſpiritus

bellatus

bellatus in majorem ſplendorem,& flammam aſſurget, imò veluti lignum deſiccato humore proprij judicij per contradictionis auram ex hac parte, & humiliationem ex alia magis accendetur, nam ex Gerſone, Spiritus S. qui humilibus dat gratiam, nunquam ex hac humilitate ſe ſubtrahet, intrabit potiùs in animam & calore eius accendet & exaltabit humilem & in oculis ſuis vilem & abjectam, vt ſint lampades eius ignis atq; flammarum, quas nunquam contradictionis aquæ obruent. *Si enim conſilium* hoc (dicebat Gamaliel Act. c. 5.) *non à Deo eſt, diſſoluetur*, ſi verò à Deo eſt, non *poterit diſſolui*. Interim dum ſub Iudice examinatio fit, Iacob Patriarchæ forma ſeruetur, qui (vt hr Gen. 37.) cum Ioſeph enarraſſet diuinas viſiones & ſomnia, de manipulis adorantibus manipulum ſuum, & aliam de Sole & Luna & 11. Stellis eundẽ adorantibus, vt diuina ſcriptura commemorat, *increpauit eum Pater*, & infrà. *Pater verò rem tacitus conſiderabat.* vbi Lyranus, licèt enim *loquendo coram filijs videretur annihilare ſomnium, tamen inter ſe cogitabat, quòd verè eſſet præſagium dominationis ipſius futuræ.*

Inquiſitores cauti & prudentes Iacob imitari debent obſeruantes ſomnia Ioſeph.

Audiat Eccleſiaſticus Iudex has quæ viſiones pati dicuntur, increpet illas exterius in foro Eccleſiaſtico, donec veritas ad purum eliquetur, ſed interim ſuſpendat judicium, & rem tacitus conſideret ſecundum merita cauſæ. vnde Oleaſter in hunc locũ increpationis factæ Ioſeph à Patre ſuo, dicit: *tenentur parentes increpare in filijs ea, quæ ad eorum vanitatem pertinent, quando tamen vident ea quæ dicunt non ex vanitate, ſed potiùs ex ſimplicitate procedere, trutinanda & expendẽda ſunt.* & poſtea:

tenentur

Digitized by Google

tenentur parentes explorare filiorum geſta; quemadmodum & ſuperiores ſubditorum opera recta, ne ſint, an peruerſa; vt malè geſta poſſint in eis arguere, præcipuè ſi ſint contra pacem, ſine qua corpus Reipublicæ non poteſt conſiſtere.

Vnde deducitur, ex poteſtate atq; prudentia Inquiſitorum & Ordinariorum loci, cum cognitio habetur de talibus perſonis, deferri debeant ad notitiam Inquiſitorum & Ordinariorũ, vt hæc omnia conſiderent ex eorum prudentia, & judicio diſcretiuo: non habet locum illud Vergilianum:

Vexat cenſura columbas.

nam ſi perſona innocens eſt, diſcuſſio & quæſitio illa prodeſt ad humilitatem & patientiam, ſi ficta, maxima pax eſt Eccleſiæ liberari fideles à talibus Impoſtoribus. Vnde non placet (quod ſcripſit P. F. Franciſcus Sicli libro Italico, attitulato Paragone ſpirituale pag. 593.) nempè, quod *quidam Zelo moti, exiſtimantes ſe Deo rationẽ gratam facere, denunciant Tribunalibus Eccleſiaſticis perſonas ſpirituales, vnde non leuem in reputatione iacturam incurrunt.* Sed mirum quomodo ſui oblitus eſt iſte author dicendo, pag. 592. vbi loquens de diligentia Religionis in hujuſmodi ait: quod *Religio ſcire cupit, an quod in ipſa luceat ſit aurum, an auricalchum, vt agnita veritate ex dono Dei honoretur, ſin autem ab omni nota infectionis & infamia ſit libera, tantam enim Religioni gloriam affert bonos præmijs afficere, quàm malos punire, & tantum glorificatur ſi veritas cognoſcatur in aſſertione donorum, quantum excuſatur in detectione falſitatis & impoſturæ,* Deus enim ſuos ſemper defendit juxta conſilium Gamalielis, & ſi

De ejuſmodi perſonis notitia danda eſt Inquiſitoribus & ordinarÿs locorum

ſit

ſit infirmum cadit vt illud Achitophelis. & quando eſſem talis (ſubdit) vellem Heraclium lapidem reperire, vt mihi eſſem conſcius, ſciens quod nullum opus bonũ eſt, cui non contradicatur. hęc ille.

Confutatur ſenſus Franciſci Sicli.

Ergo ne quia hæ perſonæ ſignificantur S. Officio vel Ordinario, deterioris conditionis erit S. Tribunal, quod melius ſcit auricalchum ab auro diſcernere? ſi nulla nota vritur Religioſus aliquis cœtus obſeruante veſtigia hujuſmodi ſpiritualium ſuo Prælato, cur denotabitur ſi obſeruet Epiſcopus vel Inquiſitor? Horum officium eſt cognoſcere affectatores ſanctitatis, & Impoſtores hos q̃ fingunt, & non improbare, imò & laudare cœtus, vbi talia charifmata conſpiciuntur, & exactiſſimè ſeruant Apoſtolicam regulam: *Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite ſpernere, ab omni ſpecie mali abſtinete vos.* quod & obſeruauit S. Gelaſius in probatione reuelationum, quid ſit faciendum, vt habetur in d. 15. c. 5. Romana Eccleſia. Et hæc de exiſtentia reuelationum. Ad ſecundam diſputationem, Quid ſit reuelatio: tranſeamus.

FINIS PRIMI LIBRI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google